EXAMINATIO

Grammaticæ

LATINÆ

IN USUM

Scholarum adornatæ:

SIVE

Brevis ejusdem Quæstionibus & Responsionibus pro captu puerorum EXPLICATIO.

AUTHORE

CAROLO HOOLE

Privatæ Scholæ Grammaticæ institutore, in horto *Lothburiensi*, haud ita procul à Byrsa Regali apud *LONDINATES*.

Extant *Londini* apud *Georgium Sawbridge*, in Clivio *Luddensi* prope Pontem *Fletensem*, ad insigne *Bibliorum*, 1661.

Extant Londini apud Georgium Sawbridge,
in Clivio Lugdensi prope Pontem Westmonasterium,
in signo Bibliorum, 1661.

EXAMINATIO
Grammaticæ Latinæ,
IN USUM
Scholarum adornatæ: ſive brevis ejuſdem Quæſtionibus & Reſponſionibus, pro captu puerorum, explicatio.

De Grammatica & ejus partibus.

QUÆSTIO;

Quid eſt Grammatica?

R. Grammatica eſt rectè ſcribendi, atque loquendi ars.

Q. *Quot ſunt partes Grammaticæ?*

R. Grammaticæ quatuor ſunt partes.

Q. *Quæ ſunt?*

R. 1. Orthographia, 2. Etymologia, 3. Syntaxis, 4. Proſodia.

Lib. I. De Orthographia.

Q. *Quid eſt Orthographia?*

R. Orthographia eſt prima pars grammatices, qua docemur quibus quæq; dictio ſit formanda literis.

Q. *De quibus agit Orthographia?*

R. Orthographia agit de Literis, cap. 1. de Syllabis, cap. 2 de Orthographia, cap. 3. & de Sententiarum punctis, cap. 4.

Cap. I. De Literis.

Q. *Quid eſt Litera?*

R. Litera eſt minima pars dictionis.

Q. *Quot ſunt Literæ latinæ?*

R. Literæ Latinæ ſunt viginti tres.

Q. *Numera?*

R. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z.

Q. *In quo verſiculo omnes literæ continentur?*

R. In hoc. *viz.*

Gaza frequens Lybicos duxit Karthago triumphos?

Q. *Quot accidunt unicuiq; literæ?*

R. Tria 1. Nomen quo appellatur, 2. Figura, quâ notatur, 3. Poteſtas, qua pronunciatur.

Q. *Quomodo diſtinguuntur literæ ſecundùm ſonum.*

R. Literæ ſecundùm ſonum diſtinguuntur in vocales, & conſonantes.

Q. *Quid eſt vocalis?*

R.

R. Vocalis est litera quæ per se sonat.

Q. *Quot sunt vocales.*

R. Vocales sunt quinq; a. e. i. o. u. & y. Græca.

Q. *Ex vocalibus variè dispositis quot fiunt diphthongi.*

R. Quinq; fiunt diphthongi, æ, au, ei, eu, & yi.

Q. *Quid est consonans?*

R. Consonans est litera, quæ, non nisi cum vocali juncta sonat.

Q. Numera Consonantes.

R. B C D F G H K L M N P Q R S T X Z.

Q. *Quando I & V fiunt consonantes?*

R. Cum sibi, vel aliis vocalibus in eadem syllaba præponuntur.

Q. *Quomodo dividuntur consonantes?*

R. Consonantes dividuntur in muras & semivocles.

Q. *Quæ consonantes sunt mutæ.*

R. Mutæ sunt, quæ sonum nullum a seipsis habent;

Q. *Quot sunt mutæ.*

R. Novem.

Q. *Numera*

R. B. c. d. f. g. k. p. q. t.

Q. *Quæ consonantes sunt semivocales?*

R. Quæ aliquid soni à seipsis habent.

Q. *Quot sunt semivocales?*

R. Septem.

Q. *Numera.*

R. L. m. n. r. s. x. z.

Q. *Quomodo dividuntur semivocales?*

R. In muras & liquidas.

Q. *Quæ consonantes sunt liquidæ?*

R. Quæ post muram in eadem syllaba liqueſcunt, sive vim suam amittunt.

Q. *Quot sunt liquidæ?*

R. Quatuor.

Q. *Numera?*

R. L. m. n. r.

Q. *Quæ ſunt conſonantes duplices?*

R. Quæ duarum literarum vim habent.

Q. *Quot ſunt duplices?*

R. Tres.

Q. *Numera?*

R. X, Z, & *i* inter duas vocales in vocibus ſimplicibus.

Q. *Quare nonnulli ſ monadicon appellârunt?*

R. Quoniam nec liquida eſt, nec muta, ſed ſuæ poteſtatis (ſive pronunciationis litera.

Q. *Numquid* h *litera eſt?*

R. H propriè quidem non eſt litera, ſed aſpirationis nota.

Q. *Quomodo literæ diſtinguuntur quoad formam?*

R. Literæ quoad formam ſuam ſunt vel majuſculæ, vel minuſculæ.

Q. *Ubi ſcribendæ ſunt majuſculæ?*

R. Majuſculæ ſcribendæ ſunt in principio ſententiarum, propriorum nominum, dictionum quarumlibet in oratione notatu digniorum, & verſuum ſingulorum in carminibus.

Q. *Ubi verò ſcribendæ minuſculæ?*

R. In reliquis locis maximâ ex parte.

Q. *Quæ literæ minuſculæ ſunt præcipuè notandæ?*

R. Quæ duplicem habent characterem.

Q. *Quænam verò iſtæ ſunt?*

R. *i* & *u*. nam *i* breve & *u* apertum vocales ſunt; ſed *i* longum & *u* clauſum ſunt conſonæ, quas aliqui *ia* & *va* nominâ-unt.

Q. *Ubi ſ longum ſemper pingendum eſt?*

R. In principio, vel medio dictionis.

Q. *Ubi verò ſ breve ſcribendum eſt?*

R. In fine dictionis.

Q. *Cum literæ majuſculæ ſolæ ac paucæ ſcribuntur, quid ſignificant?*

R. Integra vocabula, vel numerum.

Q. *Minor numerus præpoſitus quid agit?*

R. Tantundem demit majori ſequenti.

Q. *Poſtpoſitis verò quid?*

R. Tantundem addit.

Q. *Linea tranſverſa notis numericis ſuppoſita quid innuit?*

R. Eaſdem notas tot millia continere, quot alioquin minores numeros continerent.

Cap. II.

De Syllabis.

Q. *Quid eſt Syllaba?*

R. Syllaba eſt comprehenſio literarum uno ſpiritu prolata.

Q. *Quotuplex eſt ſyllaba?*

R. Duplex, impropria & propria.

Q. *Quænam eſt ſyllaba impropria?*

R. Quæ conſtat ſola vocali vel dipthongo.

Q. *Quænam eſt ſyllaba propria?*

R. Quæ conſtat ex conſonante una vel pluribus cum vocali vel dipthongo comprehenſis.

Q. *Quid discendum est rectè scripturo?*

R. Sillabas inter scribendum aptè distinguere atq; connectere.

Q. *Quem numerum literarum nunquam excedit syllaba apud latinos?*

R. Senarium.

Q. *Consonans inter duas vocales in polysyllabis posita ad quam pertinet?*

R. Ad posteriorem.

Q. *Quid si consonans in medio dictionis geminetur?*

R. Tum prior ad precedentem, posterior ad sequentem syllabam pertinet.

Q. *Quæ consonæ sunt in medio vocis distinguendæ?*

R. Quæ in initio vocis conjungi non possunt.

Q. *Quæ vero consonæ non sunt in medio vocis distinguendæ?*

R. Quæ in initio vocis conjungi possunt.

Q. *Quænam ergo literæ in vocibus simplicibus sequenti vocali semper adhærent?*

R. bd, cn, ct, gn, mn, ph th, ps, pt, sb, sc, sm, sp, sq, st, tl, tm, tn.

Q. *In quibus autem dictionibus est quæque pars ab altera separandæ?*

R. In compositis.

Q. *In compositis cum præpositione quibus servandum est?*

R. Auribus & euphoniæ.

Q. *In quibus compositis post x rectissimè scribitur s?*

R. In iis quorum simplicia incipiunt ab s.

Q. *Quando liquescit?*

R. Ante vocalem.

Q. *Ubi vero non liquescit ante vocalem?*

R. 1. In initio dictionis. 2. quando præcedit 3. In poeticis infinitivis, 4. in dictionibus mutuatitiis.

Cap. III.

Re Orthoëpia.

Q. Quid est Orthoëpia?

R. Orthoëpia est rectè enunciandi ratio.

Q. Quæ sunt vitia sermonis à quibus maximè deterrendi sunt pueri?

R. Traulismus, Plateasmus, Ischnotes.

Q. Quid est Traulismus?

R. Hæsitantia vel titubantia oris,

Q. Quomodo huic vitio succurritur?

R. Centones quosdam affectatæ difficultatis, quam citissimè volvendo.

Q. Centonem recita?

R. Arx, tridens, rostris, sphinx, præster, torrida, seps, strix.

Q. Quid est Plateasmus?

R. Est justo crassior pronunciatio.

Q. Quid est Ischnotes?

R. Est justo exilior pronunciatio.

Cap. IV.

De Sententiarum punctis.

Q. Quid est punctum, sive pausa?

R. Punctum sive pausa est nota distinctionis respirandi intervallum significans.

Q. Quid est comma?

R. Comma eſt ſemicirculus ſententiam ſuſtinens, breviores ejus clauſulas diſtinguendo.

Q. Quid eſt Colon?

R. Colon ſunt duo puncta, quæ ſententiam diutius ſuſpendunt, medias ejus partes dividendo.

Q. Quid eſt Semicolon?

R. Semicolon eſt punctum commate ſubjecto, ſententiam diutius paulò ſuſtinens quam comma: minùs diu verò, quam colon.

Q. Quid eſt periodus?

R. Periodus eſt punctum plenum poſt perfectam ſententiam.

Q. Quid eſt Parentheſis?

R. Parentheſis ſunt duæ ſemilunulæ ſententiam includentes, quâ remotâ, ſermo tamen manet integer.

Q. Quid eſt interrogatio?

R. Interrogatio eſt quæ ſignificat quæſtionem duobus punctis, quorum ſuperius eſt caudatum?

Q. Quid eſt Exclamatio?

R. Exclamatio eſt quæ notatur duobus punctis, quorum ſuperius eſt lineola in punctum deſcendens.

Q. Quid eſt Hyphen?

R. Hyphen eſt lineola interpoſita voci diſſectæ in fine lineæ; aut in vocibus unitis ſed non compoſitis.

Lib. II. De Etymologiâ.

Q. *Quid est Etymologiâ?*

R. Etymologia est secunda pars Grammatices, quæ docet dictionum discrimina, singularum proprietates, sive accidentia, diligenter expendens.

Q. *Quid est dictio sive vox?*

R. Dictio sive vox est pars orationis, quæ ipsa aliquid significat, sed in partes significantes dividi non potest.

Cap. I.

De octo partibus orationis, & earum Accidentibus generalibus

Q. *Quot sunt vocum genera?*

R. Octo sunt vocum genera.

Q. *Quæ sunt?*

R. Nomen, *Cap.* 2°. Pronomen, *Cap.* 23°. Verbum: *Cap.* 24°. Participium. *Cap.* 39°. Adverbium, *Cap.* 40°. Conjunctio, *Cap.* 41°. Præpositio, *Cap.* 42°. Interjectio, *Cap.* 43°.

Q. *Quare hæc octo vocum genera vocantur vulgò partes orationis?*

R. Quod ex hisce omnis oratio conficiatur, etsi omnes in unâ oratione raro admodum occurrant.

Q. *Quot harum partium sunt declinabiles?*

R. Quatuor priores, quæ in fine possunt variari.

Q. *Quot vero sunt indeclinabiles?*

R. Quatuor posteriores, quæ in fine non possunt variari.

Q. *Quot accidunt unicuique parti orationis?*

R. Duo

R. Duo: Species, & Figura.
Q. Quotuplex eſt vocis ſpecies?
R. Duplex: primitiva, & derivativa.
Q. Quænam eſt vox Primitiva?
R. Quæ aliunde non trahitur.
Q. Quænam eſt vox Derivativa?
R. Quæ aliunde formatur.
Q. Quotuplex eſt vocis Figura?
R. Duplex: Simplex, & Compoſita.
Q. Quænam eſt vox ſimplex?
R. Quæ cum alia non componitur.
Q. Quæ verò eſt vox Compoſita?
R. Quæ à duabus vel pluribus vocibus fit.
Q. Quot accidunt vocibus declinabilibus?
R. Quatuor. *Analogia, Anomalia, numerus, & perſona.*
Q. Quid eſt Analogia?
R. Cum dictio convenit Communi regulæ.
Q. Quid eſt Anomalia?
R. Cum dictio recedit à Communi regula.
Q. Quot ſunt numeri?
R. Duo. Singularis, & Pluralis.
Q. Quis eſt Numerus Singularis?
R. Numerus Singularis eſt, qui loquitur de uno.
Q. Quis eſt Numerus Pluralis?
R. Numerus Pluralis eſt; qui loquitur de pluribus.
Q. Quot ſunt Perſonæ?
R. Tres: Prima, Secunda, & Tertia.
Q. Quænam eſt Perſona Prima?
R. Quæ loquitur de ſe.
Q. Quænam eſt Perſona Secunda?
R. Perſona ſecunda eſt, ad quam loquimur.
Q. Quænam eſt Perſona Tertia?
R. Perſona Tertia eſt, de qua loquimur.
Q. Quæ voces ſunt ſemper primæ perſonæ?
R. Ego, & *Nos*.
Q. Quæ voces ſunt ſecundæ perſonæ?

R. Tu

R. *Tu* & *vos*, & omnes vocativi.

Q. *Quæ voces ſunt tertiæ perſonæ?*

R. Omnia Nomina, Pronomina, & Participia, niſi *Ego* vel *nos*, *tu* vel *vos*, exprimantur vel ſubintelligantur.

Cap. II.

De Nomine, & ejus Accidentibus ſpecialibus.

Q. *Quid eſt Nomen?*

R. Nomen eſt pars Orationis, quæ rem nominat, ſine ulla temporis aut perſonæ differentia.

Q. *Quotuplex eſt nomen?*

R. Duplex: Subſtantivum, & Adjectivum.

Q. *Quid eſt nomen Subſtantivum?*

R. Subſtantivum eſt, quod per ſe in Oratione ſubſiſtit, & nihil addi poſtulat ad ſuam ſignificationem exprimendam.

Q. *Quid eſt nomen Adjectivum?*

R. Nomen Adjectivum eſt, quod Subſtantivo indiget ad ſuam ſignificationem exprimendam.

Q. *Quotuplex eſt utrumque nomen?*

R. Duplex: Proprium, & Commune.

Q. *Quid eſt nomen Proprium?*

R. Quod rem uni individuo propriam ſignificat.

Q. *Quid eſt nomen Commune, ſive Appellativum.*

R. Quod rem multis communem ſignificat.

Q. *Quænam accidunt Nomini, Pronomini, & Participio.*

R. *Caſus, Genus, Declinatio, & Comparatio.*

Cap. III.

De Caſu.

Q. *Quid eſt Caſus?*

R. *Caſus* eſt ſpecialis nominis, Pronominis, aut Participii terminatio.

Q. *Quot ſunt Caſus in utroq; numero?*

R. Sex.

Q. *Qui ſunt?*

R. Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, & Ablativus.

Q. *Quis eſt Nominativus Caſus?*

R. Nominativus eſt prima vox, qua rem aliquam nominamus; præcedit autem verbum, & reſpondet quæſtioni.

Q. *Quis eſt Genitivus?*

R. Genitivus ſignificat cujus ſit res quæpiam, & reſpondet quæſtioni, *Cujus.*

Q. *Quis eſt Dativus?*

R. Dativus quid cupiam attribuit, & reſpondet quæſtioni, *cui?*

Q. *Qui eſt Accuſativus?*

R. Accuſativus ſequitur verbum, utpote in quem actio verbi immediate tranſit, & reſpondet quæſtioni quem vel quid.

Q. *Quis eſt Vocativus?*

R. Vocativus vocandis conpellandíſve perſonis accommodatur.

Q. *Quis eſt Ablativus?*

R. Ablativus conjungitur ferè Præpoſitioni Ablativo inſervienti; & reſpondet quæſtioni *à quo.*

Cap. IV.

De Genere.

Q. *Quid est Genus?*

R. *Genus* est sexûs discretio, ratione sermonis.

Q. *Quare genus discernit inter ea nomina, quæ tanquam mares aut fœminæ constituuntur?*

R. Propter convenientiam Substantivi & Adjectivi cognoscendam.

Q. *Quot sunt genera nominum?*

R. Septem.

Q. *Quæ dicuntur genera simplicia?*

R. Tria prima.

Q. *Quæ verò dicuntur Composita?*

R. Quatuor postrema.

Q. *Quomodo autem distinguuntur genera?*

R. Suis articulis (sive notis) quæ à pronominibus accipiuntur.

Q. *Quinam isti sunt?*

R. Hic, hæc, hoc.

Q. *Quid est masculinum genus?*

R. Quod maribus attribuitur.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hic.

Q. *Quid est Fœmininum genus?*

R. Quod Fœminis attribuitur.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hæc.

Q. *Quodnam est neutrum genus?*

R. Quod nec maribus nec fœminis attribuitur.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hoc.

Q. *Quodnam est commune duorum genus?*

R. Quod

R. Quod ex masculino & fœminino componitur.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hic & hæc.

Q. *Quodnam est commune trium genus?*

R. Quod ex omnibus simplicibus generibus componitur.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hic, hæc, & hoc.

Q. *Quodnam est dubium genus?*

R. Quod aut masculinum aut fœmininum Articulum indifferenter assumere potest.

Q. *Quænam est ejus nota?*

R. Hic vel hæc.

Q. *Quodnam est epicœnum genus?*

R. Quod sub uno articulo utrumq; sexum complectitur.

Q. *Quomodo autem in hoc genere, ad vitandam ambiguitatem, sexum exprimere solemus?*

R. Per marem & fœminam.

Propria quæ maribus, sive *Gulielmi Lillii* Regulæ de generibus Nominum.

Cap. V.

De Regulis generalibus Propriorum.

Q. *Quot sunt generales regulæ Propriorum Nominum?*

R. Duæ. Propria quæ maribus, &c. & Propria fœminarum.

Q. *Quænam propria nomina dicuntur masculina?*

R. Quæ maribus tribuuntur, ut 1. Divorum. 2 Virorum 3. Fluviorum. 4. Mensium. 5. Ventorum.

Q. *Quænam Propria Nomina Fœminæo generi tribuuntur?*

R. Quæ

R. Quæ referunt fœmineum ſexum, ut, 1. Dearum. 2. Mulierum. 3. Urbium. 4. Regionum. 5. Inſularum.

Q. *Quæ vero Nomina Urbium ſunt maſcula?*

R. Sulmo & Agragas.

Q. *Quæ vero ſunt neutra?*

R. Argos, Tybur, Præneſte.

Q. *Quod vero nomen dat utrumq; ſc: maſculinum & neutrum genus?*

R. Anxur.

CAP. VI.

De Regulis generalibus Appellativorum.

Q. *Quot ſunt Regulæ generales Appellativorum?*

R. Tres. 1 Appellativa arborum, &c. 2. Sunt etiam volucrum, &c. & Attamen ex cunctis, &c.

Q. *Appellativa arborum cujus ſunt generis?*

R. Muliebris.

Q. *Quæ vero nomina arborum ſunt maſculini generis?*

R. Pinaſter & Oleaſter.

Q. *Quæ verò ſunt neutrius generis?*

R. Syler, ſuber, thus, robur, & acer.

Q. *Appellativa volucrum, ferarum & piſcium cujus ſunt generis?*

R. Epicœni.

Q. *Attamen ex cunctis quæ diximus. Quæ nomina ſunt notanda?*

R. Omne quod exit in um, & invariabile.

Q. *Cujus autem generis eſt omne quod exit in um, & invariabile?*

R. Neutrius.

Q. *Quæ verò nomina in um ſunt excipienda?*

R. Hom

R. Hominum propria.

Q. *Quomodo genus Appellativorum semper dignoscitur?*

R. Ex genitivo.

Q. *Quot ergo sunt speciales regulæ Appellativorum?*

R. Tres, 1. Nomen non crescens, *&c.* 2. Nomen crescentis—— Syllaba accuta, *&c.* 3. Nomen crescentis ——Sit gravis, *&c.*

Cap. VII.

De prima speciali Regula, & ejus exceptionibus.

Q. *Nomen non crescens genitivo; cujus est generis?*

R. Muliebris.

Q. *Quæ verò nomina non crescentia sunt Masculini?* Generis.

R. 1. *Multa nomina virorum, ut scriba, assecla, scurra, rabula, lixa, lanista*

2. *Quot prima declinatio Græcorum fundit in as, ut, satrapas & in es; ut athletes, & quot ab illis fiunt per a; ut satrapa, athleta.*

Q. *Quænam alia nomina leguntur item mascula?*

R. 3. Verres, natalis, aqualis. 4. Et ab asse nata; ut centussis.

Q. *Quæ nomina sunt hisce conjungenda?*

R. 1. Lenis, orbis, callis, caulis, follis, collis, mensis, ensis fustis, funis, panis, penis, crinis, ignis, cassis, fascis, torris, sentis, piscis, unguis, vermis, vectis, postis, & axis.

Q. *Nomina*

Q. Nomina in *er*, ut, venter: in *os* ut logos, & in *us*, ut annus, non crescentia, cujus sunt generis?

R. Masculini,

Q. *Quod verò nomen in* r *non crescens est fœminei generis?*

R. 1. Mater.

Q. *Quæ verò nomina in* us *non crescentia sunt fœminei generis?*

R. 2. Humus, domus, alvus, colus, ficus, acus, porticus, tribus, socrus, nurus, manus, idus. anus, vannus.

Q. *Quæ nomina his jungi possunt?*

R. Græca vertentia *os* in *us*; ut, papyrus, antidotus, costus, diphthongus, byssus, abyssus, chrystallus, synodus, sapphirus, eremus, & arctus.

Q. *Quæ nomina non crescentia sunt neutrius generis?*

R. Quæ desinunt in *e*, & faciunt genitivum in *is*, ut, mare is; rete is: 2. quæ fiunt in *on*, ut barbiton, vel in um ut ovum, 3. item, hippomanes, cacoethes, virus, & pelagus.

Q. *Quod nomen est modo mas, modo neutrum?*

R. Vulgus.

Q. *Quæ nomina non crescentia sunt dubij generis.*

R. Talpa, dama, canalis, balanus, finis, clunis, restis, penus, amnis, pampinus, corbis, linter, torquis, specus, anguis, ficus ci, phaselus, lecythus, atomus, grossus, pharus, & paradisus.

Q. *Quæ nomina crescentia sunt cummunis duorum generis?*

R. Quæ componuntur à verbo & desinant *a*, ut, grajugena à gigno, agricola à colo, advena à venio.

Q. *Quæ nomina ſunt his addenda?*

R. Senex, auriga, verna, ſodalis, vates, extorris, paruelis, perduelis, affinis, juvenis, teſtis, civis, canis, hoſtis.

Cap. VIII.

De ſecunda ſpeciali regula & ejus exceptionibus.

Q. *Cujus generis eſt Nomen, ſi penultima ſyllaba ejus genitivi creſcentis acuta ſonat?*

R. Muliebris.

Q. *Quæ verò nomina acutè creſcentia ſunt maſcula?*

R. Monoſyllaba quædem, *viz*: ſal, ſol, ren, ſplen, Car, Ser, vir, vas vadis, as, mas, bes, cres, præs, pes, glis gliris, mos, flos, ros, Tros, mus, dens, mons, pons, fons, leps, gryps, Thrax, rex, grex gregis, & Phryx.

Q. *Quænam polyſyllaba ſunt etiam maſcula?*

R. 1. Quæ deſinunt in *n* ut Acarnan, 2. quæ deſinunt in *o* & ſignant corpus, ut leo, curculio.

Q. *Quæ nomina in* o *non ſignantia corpus ſunt his addenda?*

R. Senio, ternio, ſermo.

Q. *Nomina in* er *ut crater, in* or *ut conditor, in* os *ut heros, acutè creſcentia cujus ſunt generis?*

R. Maſculini.

Q. *Quænam alia nomina acutè creſcentia ſunt maſculina?*

R. Torrens, nefrens, oriens, in *dens* deſinentia, ut bidens, pro inſtrumento.

Q. *Quæ*

Q. *Quæ nomina ſunt his addenda?*

R. Gigas, elephas, adamas, Garamas, tapes, lebes, Cures, magnes, meridies, & ab aſſe compoſita, ut, dodrans, ſemis.

Q. *Quæ nomina ſunt præterea adjungenda?*

R. Samnis, hidrops, nycticorax, thorax, vervex, phœnix, bombyx.

Q. *Quod nomen polyſyllabon in* n *eſt muliebris generis?*

R. Syren.

Q. *Quæ item nomina in* or *ſunt muliebris generis?*

R. Soror, & uxor.

Q. *Quæ nomina acutè creſcentia ſunt neutrius generis?*

R. Hæc monoſyllaba, *viz.* mel, fel, lac, far, ver, cor, æs, vas vaſis, os oſſis, & os oris, rus, thus, jus, crus, pus.

Q. *Quæ verò polyſyllaba ſunt neutrius generis?*

R. Quæ deſinunt in *al*, ut capital, & in *ar*, ut laquear.

Q. *Quod autem nomen eſt neutrum & muliebre?*

R. Halæc.

Q. *Quæ nomina acutè creſcentia ſunt dubij generis?*

R. Python, ſcrobs, ſerpens, bubo, rudens, grus, perdix, lynx, lymax, *ſtrips pro trunco*, calx *pedis*, dies in ſingulari, qui in plurali mas eſt.

Q. *Quæ nomina acute creſcentia ſunt communis generis?*

R. Parens, autor, infans, adoleſcens, dux, illex, hæres, exlex, compoſita à frons, ut bifrons, cuſtos, bos, fur, ſus, & ſacerdos.

Cap. IX.

De Tertiâ Speciali Regulâ & ejus exceptionibus.

Q. *Cujus generis eſt nomen, ſi penultima ejus genitivi creſcentis gravis ſit?*

R. Maſculini.

Q. *Quæ nomina graviter creſcentia ſunt fœminini generis?*

R. Hyperdiſſyllabon in *do* quod dat *dinis* in genitivo, ut dulcedo dinis, atque in *go* quod dat *ginis*, ut compago ginis.

Q. *Quæ nomina ſunt his adijcienda?*

R. Virgo, grando, fides, compes, teges, ſeges, arbor, hyems, bacchar, ſindon, gorgon, icon, & amazon.

Q. *Quæ nomina græca graviter creſcentia ſunt etiam fœminina?*

R. In *as* finita; ut lampas; vel in *is*, ut, Jaſpis.

Q. *Quæ etiam Latina in* is?

R. Caſſis, culpis.

Q. *Et quæ vox in* us?

R. Pecus, pecudis.

Q. *Quænam alia nomina ſunt his adjungenda?*

R. Fortex, pellex, carex, ſupellex, appendix, hiſtrix, coxendix, & filix.

Q. *Quæ duo nomina in claſſe melius reponi poſſunt, quomodo in prioribus?*

R. Halcyon & mulier.

Q. *Quæ*

Q. *Quæ nomina graviter crescentia sunt neutrius generis?*

R. Quæ desinunt in *a*; ut, problema, in *en*, ut, omen, in *ar*, ut jubar, in *ur*, ut jecur, in *us*, ut onus; in *put*, ut occiput,

Q. *Quæ tamen ex his sunt masculæ?*

R. Pecten, & furfur.

Q. *Quæ nomina in* er *sunt neutra?*

R. Cadaver, verber, iter, suber, tuber *pro fungo*, uber, gingiber, laser, cicer, piper, papaver, siser & siler.

Q. *Quæ Nomina in* or *sunt neutra?*

R. Æquor, marmor, ador.

Q. *Quod nomen in* us *est neutrius generis?*

R. Pecus pecoris.

Q. *Quæ nomina graviter crescentia sunt dubiigeneris?*

R. Cardo, margo, cinis, obex, pulvis, adeps, forceps, pumex, ramex, anas, imbrex, culex, natrix, onyx, cum compositis, & silex.

Q. *Quæ nomina graviter crescentia sunt communis generis?*

R. Vigil, pugil, exsul, præsul, homo, nemo, martyr, ligur, augur, & arcas, antistes, miles, pedes, interpres, comes, hospes, ales, præses, princeps, auceps, eques, obses.

Q. *Quænam alia nomina sunt communia?*

R. Multa quæ creantur à verbis, ut, conjux, judex, vindex, opifex & aruspex.

Cap. X.

De generibus Adjectivorum.

Q. *Adjectiva unius vocis cujus sunt generis?*

R. Communis trium.

Q. *Adjectiva geminæ vocis cujus sunt generis?*

R. Vox prior est communis duorum; altera verò neutrius.

Q. *Adjectiva trium vocum cujus sunt generis?*

R. In prima voce sunt masculini, in secunda fœminini, in tertia neutrius generis.

Q. *Quænam adjectiva flectuntur duobus tantum articulis, ut Substantiva?*

R. Pauper, puber, degener, uber, dives, locuples, sospes, comes, & superstes.

Q. *Quænam Adjectiva per er & is variantur?*

R. Campester, volucer, celeber, celer, saluber, pedester, equester, acer, palustер, alacer, & sylvester.

Q. *Quomodo autem hæc variantur?*

R. Hic celer, hæc celeris, hoc celere, aut hic & hæc celeris, & hoc celere, Gen. hujus celeris, &c.

Cap. XI.

De Declinatione prima.

Q. *Quid est declinatio?*

R. Declinatio est variatio dictionis per casus.

Q. *Quot sunt declinationes nominum?*

R. Quinque.

Q. *Quomodo dignoscitur nomen cujus sit Declinationis.*

R. Ex terminatione genitivi singularis.

Q. *Quomodo desinunt genitivi quinque declinationum?*

R. Genitivus primæ desinit in *æ*, secunda in *i*, tertiæ in *is*, quartæ in *ûs*, & quintæ in *ei*.

Q. *Unde fit Genitivus singularis.*

R. A nominativo (qui est prima vox) mutata terminatione.

Q. *Unde autem alii casus formantur?*

R. A Genitivo.

Q. *Num vocativus similis est nominativo?*

R. Imò, singularis plerumque, pluralis semper.

Q. *Nomina Neutrius generis quos casus similes habent in utroque numero?*

R. Nominativum, accusativum, & vocativum.

Q. *Quomodo hi tres casus desinunt in plurali?*

R. In *a*.

Q. *Qui casus plurales semper sunt similes præter nominativum, & vocativum?*

R. Dativus, & ablativus.

Q. *Quis casus in complurimis Syncopen admittit?*

R. Genitivus pluralis.

Q. *Quorum*

Q. *Quorum Nomina Latinorum eſt prima Declinatio?*

R. Plerunq; Fœmininorum non creſcentia in *a*.

Q. *Quomodo illa variantur?*

R. Sicut *Muſa*;

Q. *Quæ ſunt terminationes primæ Declinationis?*

R. Singulariter Nom. *a*, Gen. *æ*, Dat. *æ*, Accuſat. *am*, Voc. *a*, Abl. *a*.

Pluraliter Nom. *æ*, Gen. *arum*, Dat. *is*, Accuſat. *as*, Voc. *æ*, Abl. *is*.

Q. *Quodnam eſt ejus Exemplum, ſive Typus?*

R. Sing. Nom. *Muſa*, Gen. *Muſæ*, Dat. *Muſæ*, Acc. *Muſam*, Voc. *Muſa*, Abl. *Muſa*.

Plur. Nom. *Muſæ*, Gen. *Muſarum*, Dat. *Muſis*, Ac. *Muſas*, Voc. *Muſæ*, Abl. *Muſis*.

Q. *Cur autem* as *aliquando reperitur in Genitivo ſingulari?*

R. Ad Græcorum imitationem; ut, Pater-*familias*.

Q. *Cur autem* ai?

R. Quia priſci diſſolvebant *æ* in *ai*; ut, aulai pro aulæ.

Q. *Quæ Nomina Dativum & Ablativum Pluralem in* abus *mittunt?*

R. Filia, nata, dea, equa, cum paucis aliis.

Q. *Quid ita?*

R. Ut diſtinguantur à ſuis Maſculinis, *Filius, natus, Deus, equus*, quæ ſequuntur formam ſecundæ Declinationis.

Q. *Quorum etiam Græcorum eſt hæc Declinatio?*

R. Maſculinorum in *as*, & *es*, & Fœmininorum in *a*, &c.

Q. *Quomodo nomina in* as, & a, *faciunt Accuſativum?*

R. In *am*, & *an*, aliquando apud Poëtas.

Q. *Da exemplum nominis in* as?

R. Sing. Nom. *Æneas*, Gen. *Æneæ*, Dat. *Æneæ*, Acc. *Æneam* & *Ænean*, Abl. *Æneâ*.

Q. Da

Q. *Da exemplum nominis in* a *?*

R. Sing. Nom. *Maja*, Gen. *Majæ*, Dat. *Majæ*, Acc. *Majam* & *Majan*, Voc. *Maja*, Abl. *Maja*.

Q. *Quomodo Græca declinantur in Plurali ?*

R. Ut Latina.

Q. *Quid nomen in* es *ſumit in Accuſativo ?*

R. En.

Q. *Quid autem in Vocativo, vel Ablativo ?*

R. *E* vel *a*.

Q. *Da exemplum nominis in* es *?*

R. Sing. Nom. *Anchiſes*, Gen. *Anchiſæ*, Dat. *Anchiſæ*, Acc. *Anchiſen*, Voc. & Abl. *Anchiſe* vel *Anchiſa*.

Q. *Quomodo nomen in* e *Genitivum mittit.*

R. In *es*.

Q. *Quomodo Dativum ?*

R. In *e*.

Q. *Quomodo Accuſativum ?*

R. In *en*.

Q. *Quomodo Vocativum & Ablativum ?*

R. In *e*.

Q. *Da exemplum nominis in* e *?*

Sing. Nom. *Penelope*, Gen. *Penelopes*, Dat. *Penelope*, Acc. *Penelopen*, Voc *Penelope*.

Q. *Quæ nomina Hebræa à quibuſdam huic Declinationi adduntur ?*

R. Quæ deſinunt in *am* ; ut, Adam, Adæ.

Q. *Ad quam tamen Declinationem meliùs reducuntur ?*

R. Ad ſecundam, addendo *us*, ut, Adamus, Adami.

Cap. XII.

Cap. XII.

De Secunda declinatione.

Q. *Quorum nominum eſt ſecunda declinatio?*

R. Maſculinorum in *er*, ut Magiſter, vel in *us*; ut dominus, vel neutrorum in *um*; ut regnum.

Q. *Quæ ſunt terminationes ſecundæ declinationis?*

R. Sing. Nom. *r. us*, *um*, Gen. *i*, Dat. *o*, Acc. *um*, Voc. *r*, *e*, *um*, Abl. *o*.

Plur. Nom. *i*, *a*, Gen. *orum*, Dat. *is*, Acc. *os*, *a*, Voc. *i*, *a*, Abl. *is*.

Q. *Quodnam eſt ejus exemplum ſive typus in* r?

R. Sing. Nom. *Magiſter*, Gen. *Magiſtri*, Dat. *Magiſtro*, Acc. *Magiſtrum*. Voc. *Magiſter*, Abl. *Magiſtro*.

Plur. Nom. *Magiſtri*, Gen. *Magiſtrorum*, Dat. *Magiſtris*, Acc. *Magiſtros*, Voc. *Magiſtri*, Abl. *Magiſtris*.

Q. *Quodnam eſt exemplum ſive typus ſecundæ declinationis in* us?

R. Sing. Nom. *Domnius*, Gen. *Domini*, Dat. *Domino*, Acc. *Dominum*, Voc. *Domine*, Abl, *Domino*.

Plur. Nom. *Domini*, Gen. *Dominorum*, Dat. *Dominis* Acc *Dominos*, Voc. *Domini*, Abl. *Dominis*.

Q. *Quodnam eſt ejus exemplum ſive typus in* um?

R. Sing. Nom. *Regnum*, Gen. *Regni*, Dat. *Regno*, Acc. *Regnum*, Voc *Regnum*, Abl. *Regno*.

Plur. Nom. *Regna*, Gen. *Regnorum*, Dat. *Regnis*, Acc. *Regna*, Voc. *Regna*, Abl. *Regnis*.

Q. *Quando Nominativus exit in* us, *quomodo vocativus exit*?

R. In *e*.

Q. *Quid autem* Deus *format in Vocativo*?

R. ô *Deus.*

Q. *Quid filius format in Vocativo?*

R. Fili.

Q. *Quomodo Propria hominum in* ius *faciunt vocativum?*

R. In i ut, Nom. *Georgius*, Voc. ô *Georgi.*

Q. *Quomodo* agnus, lucus, chorus & fluvius *formant vocativum?*

R. In e & *us.*

Q. *Inflecte* Divi *vel* Dii?

R. Plur. Nom. Divi vel Dii. Gen. Divorum, Deorum vel deûm, Dat. Divis vel diis, Acc. Divos vel Deos, Voc. Divi vel Dii, Abl. Divis vel Diis.

Q. *Nomina græca hujus Declinationis quot habent terminationes?*

R. Tres, *viz. ëus* Maſculini: os Maſculini & fœminini, & *on* neutrius.

Q. *Quomodo Nomen in* ĕus *facit Genitivum?*

R. In ëi, vel ëos.

Q. *Quomodo Dativum?*

R. In ëi.

Q. *Quomodo Accuſativum?*

R. In ëa.

Q. *Quomodo Vocativum?*

R. In ëu.

Q. *Quomodo vero Ablativum?*

R. In ëo.

Q. *Da exemplum nominis in* ĕus?

R. Sing. Nom. *Orphĕus*, Gen. *Orphëi* vel *Orphëos*, Dat. *Orphëi*, Acc. *Orphëa*, Voc. *Orphëu*, Abl. *Orphëo.*

Q. *Quomodo nomen in* os *Accuſativum mittit?*

R. In *on.*

Q. *Da exemplum nominis in* os?

R. Sing. Nom. *Delos*, Gen. *Deli*, Dat. *Delo* Acc. *Delon*,

Delon, Voc. *Dele*, Abl. *Delo*.

Q. *Attica verò in* os *quomodo mittunt Genitivum singularem?*

R. In *o*, ut, Sing. Nom. *Androgeos*, Gen. *Androgeo*, &c.

Q. *Quomodo contracta in* us *formant vocativum?*

R. In *u*, ut, Nom. *Oedipus*, Gen. *Oedipu*.

Q. *Quomodo nomen in* on *formatur?*

R. More aliorum neutrorum.

Q. *Da exemplum?*

R. Sing. Nom. *Ilion*, Gen. *Ilii*, Dat. *Ilio*, Acc. *Ilion*, Voc. *Ilion*, Abl. *Ilio*.

Cap. XIII.

De tertia Declinatione.

Q. *Quare tertia Declinatio dicitur esse admodum varia?*

R. Quia continet omnia genera, & undecim ad minimum terminationes in Nominativo Singulari, *viz.* *a*, *c*, *e*, *i*, *l*, *n*, *o*, *r*, *s*, *t*, *x*.

Q. *Da terminationes hujus Declinationis per omnes casus?*

R, Sing. Nom. *a*, *c*, *e*, *i*, *l*, *n*, *o*, *r*, *s*, *t*, vel *x*, Gen. *is*, Dat. *i*, Ac. *em*, Voc. *a*, *c*, *e*, *i*, *l*, *n*, *o*, *r*, *s*, *t*, vel *x*, Abl. *e*.

Plur. Nom. *es*, Gen. *um*, Dat. *ibus*, Acc. *es*, Voc. *es*, Abl. *ibus*.

Q. *Quodnam est exemplum sive Typus Masculinorum*

&

& Fœminorum hujus Declinationis?

R. Sing. Nom. *Lapis*, Gen. *Lapidis*, Dat. *Lapidi*, Acc. *Lapidem*, Voc. *Lapis*, Abl. *Lapide.*

Plur. Nom. *Lapides*, Gen. *Lapidum*, Dat. *Lapidibus*, Acc. *Lapides*, Voc. *Lapides*, Abl. *Lapidibus.*

Q. *Quodnam eſt exemplum, ſive Typus Neutrorum hujus Declinationis?*

R. Sing. Nom. *Caput*, Gen. *Capitis*, Dat. *Capiti*, Acc. *Caput*, Voc. *Caput*, Abl. *Capite.*

Plur. Nom. *Capita*, Gen. *Capitum*, Dat. *Capitibus*, Acc. *Capita*, Voc. *Capita*, Abl. *Capitibus.*

Q. *Quæ nomina formant Accuſativum in* im?

R. Vim, ravim, ſitim, tuſſim.

Maguderim, Charybdim, & amuſſim.

Quibus addas & Fluviorum nomina; ut, Ararim, Tybrim.

Q. *Quæ nomina flectunt Accuſativos in* im *&* em.

R. Pulvis, turris, buris;

Puppis, torquis, ſecuris;

Reſtis, febris, clavis;

Bipennis, aqualis, navis.

Q. *Quæ nomina mittunt Ablativum in* i?

R. Quorum Accuſativus in *im* tantum deſinit; ut, tuſſim, Abl. tuſſi.

Q. *Quæ nomina menſ'um Ablativum in* i *ſolum mittunt?*

R. Quorum Nominativus in *r* & *is* deſinit; ut, *September*, Abl. *bri*, *Aprilis*, Abl. *Aprili.*

Q. *Quæ Neutrum mittunt Ablativum in* i *magna ex parte?*

R. Quæ deſinunt in *al*, ut *vectigal*, Abl. *li.* in *ar*, ut *calcar*, Abl. *calcari.* & in *e*, ut *rete*, Abl. *reti.*

Q. *Unde ergo* rete *eſt in Ablativo?*

R. A Nominativo *retis.*

Q. *Quæ tamen neutra in ar & e, retinent* e *in Ablativo?*

R Far,

R. Far, hepar, jubar, nectar, gausape, præsepe, Soracte, & præneste.

Q. *Quænam adjectiva mittunt Ablativum in* i?

R. Quæ nominativum communem in *is* vel *er* & *e* neutrum habent; ut, Fortis, Abl. ti, Acer vel acris, Abl. acri.

Q. *Quænam etiam Substantiva mittunt Ablativum in* i?

R. Quæ Adjectivorum naturam induunt; ut, Sodalis, li.

Q. *Quæ verò ex his excipiuntur?*

R. Propria nomina; ut, *Clemens, te.*

Q. *Quæ nomina formant Ablativos in* e *&* i?

R. Quorum Accusativi per *em* & *im* fiunt; ut, Puppis, Acc. pem vel pim Abl. pe, vel pi.

Par quoque cum compositis, Comparativa etiam ut *melior*, & reliqua Adjectiva, præter ea quæ supra dicta sunt in *er* & *is*.

Q. *Quæ tamen adjectiva ablativum tantum in* e *faciunt?*

R. Pauper, degener, uber, sospes, hospes.

Q. *Quæ porrò Substantiva formant Ablativum in* e *&* i?

R. Ignis, amnis, anguis.

Supellex, vectis, unguis.

Gentilia; ut, Arpinias, Abl. áte, vel áti, & verbalia in *trix*; ut, victrix, Abl. íce, vel íci.

Q. *Quæ nomina mittunt nominativum pluralem in* ia?

R. Neutra quorum Ablativus exit in *i*, vel in *e* & *i*; ut fortis, ti, fortia, felix, ice, vel ici, felicia,

Q. *Quæ verò excipiuntur?*

R. Comparativa; ut, Fortiora.

Q. *Quid autem Plus habet?*

R. Plura & Pluria.

Q. *Quomodo nonnulla formant nominativum & accusativum pluralem?*

R. Per *es* & *eis* dipthongum; ut, *omnes* vel *omneis*.

Q. *Quomodo*

Q. *Quomodo autem* eis *aliquando contrahitur?*
R. In *is*; ut *Sardis.*

Q. *Unde fit Pluraliter Genitivus in* ium *?*
R. Ex Ablativis in *i* tantum vel in e & i; ut, utili, utilium, puppi vel puppe, puppium.

Q. *Quæ verò excipiuntur?*
R. Comparativa, ut, meliorum, Item ista;
Supplicum, complicum, strigilum.
Artificum, veterum, vigilum;
Memorum, inopum, pugilum.

Q. *Quid autem* plus *format?*
R. Plurium.

Q. *Quando nominativi singulares duabus consonantibus finiuntur, quomodo exeunt genitivi plurales?*
R. In *ium*, ut, pars partium.

Q. *Quænam excipiuntur?*
R. Hyemum, principum, forcipum, municipum, Inopum, cælibum, clientum, participum.

Q. *Ubi in Nominativis & Genitivis singularibus reperiuntur pares syllabæ, quomodo genitivus pluralis exit?*
R. In *ium*; ut, collis, collium.

Q. *Qui genitivi his addi possunt?*
R. *Virium, Salium, Ditium, Manium, Penium, Litium.*

Q. *Qui tamen excipiuntur?*
R. *Vatum, Juvenum, Canum,* Opum, Apum, Panum?

Q. *Quid autem* as *format in genitivo plurali?*
R. *As* format *assium*, sic & *mas marium*; *vas vadis vadium, nox noctium*; *os ossium*; *faux faucium*, *mus murium, caro carnium*; *cor cordium.*

Q. *Quæ nomina tertiæ declinationis genitivum pluralem faciunt in* um *assumendo* u?
R. *Ales, alituum*, & cælites *cælituum.*

Q. *Qualem Genitivum pluralem habent* bos bovis?

R. *Boum*

R. *Boum* anomalum; ut etiam Dativum & Ablativum *bobus* vel *bubus* pro *bovibus*.

Q. *Quomodo festorum nomina, quæ tantum pluralia sunt, Genitivum mittunt?*

R. Aliquando in *orum*; ut, *Agonalia, liorum*, aliquando tam in *orum*, quam in *ium*; ut, *Saturnalia, liorum & lium*.

Q. *Quæ nomina faciunt Dativum & Ablativum plu-ralem in* is *&* ibus?

R. Neutra Græca singularia in *a*; ut, *Problema, atibus* vel *atis*.

Q. *Quodnam etiam nomen Latinum his addi solet?*

R. *Quinquatria, triis* vel *tribus*.

Q. *Quando Græco fonte derivata juxta linguæ suæ morem variantur, quænam exempla imitantur?*

R. Nomina in *an* imitantur *Titan*, in *as Arcas*, in *is Phillis*, aut *Genesis*, in *us Opus*, in *ys Tethys*, in *o Dido*, vel in *es* Achilles.

Q. *Da terminationes horum nominum per omnes casus singulares?*

R.

Sing.	N.	Gen	D.	Acc.	V.	Abl.
	An,	anos	ani,	ana,	an,	ane.
	As,	ados,	adi,	ada,	as,	ade.
	Is,	idos,	idi,	ida.	i,	ide.
	Is,	is & eos,	i,	im & in,	i,	i.
	Us,	untos,	unti,	unta,	us,	unte.
	Ys,	yos,	yi,	yn,	y,	y.
	O,	us,	o,	o,	o,	o.
	Es,	eos,	i,	o,	e,	e.

Q. *Quo-*

Q. *Quomodo horum nonnulla formant Genitivum pluralem?*

R. In *ωv* vel *ium.*

Q. *Quomodo verò formant reliquos casus plurales?*

R. Ut Latina nomina solent.

CAP. XIV.

De quartâ Declinatione.

Q. *Quot terminationes in recto singulari sortitur quarta Declinatio?*

R. Duas tantum.

Q. *Quæ sunt?*

R. *us* Masculinorum & Femininorum, & *u* Neutrorum.

Q. *Da terminationes nominum in us, quæ sunt hujus declinationis, per omnes casus?*

R. Sing. Nom. *us*, Gen. *ûs*, Dat. *ui*, Acc. *um*, Voc. *us*, Ablat. *u.*

Plur. Nom. *us*, Gen. *uum*, Dat. *bus*, Accus. *us*, Voc. *us*, Ablat. *bus.*

Q. *Quomodo est exemplum sive typus nominum in us, quæ sunt quartæ Declinationis?*

R. Sirg. Nom. *Manus*, Gen. *Manûs*, Dat. *Manui*, Acc. *Manum*, Voc. *Manus*, Ablat. *Manu.*

Plur. Nom. *Manus*, Gen. *Manuum*, Dat. *Manibus*, Accus. *Manus*, Voc. *Manus*, Ablat. *Manibus.*

Q. *Da terminationes Nominum in u, per omnes casus?*

R. Sing. Nom. *u*, Gen. *u*, Dat. *u*, Accus. *u*, Voc. *u*, Ablat. *u.*

Plur. Nom. *ūa*, Gen. *ūum*, Dat. *bus*, Acc. *ūa*, Voc *ūa*, Abl. *bus*.

Q. *Da exemplum sive typum Nominum in* u, *quæ sunt hujus Declinationis?*

R. Sing. Nom. Corn*u*, Gen. Corn*u*, Dat. Corn*u*, Acc. Corn*u*, Voc. Corn*u*, Abl. Corn*u*.

Plur. Nom. Corn*ua*, Gen. Corn*uum*, Dat. Corni*bus*, Acc. Corn*ua*, Voc. Corn*ua*, Abl Corni*bus*.

Q. *Quomodo Genitivus singularis hujus Declinationis, olim exibat?*

R. In *i*, et *uis*, inde veteres dixerunt fructi pro fructus, et annuis pro annus.

Q. *Quomodo sacro-sanctum illud nomen Jesus variatur?*

R. *Jesus* habet in accusativo *Jesum*, in reliquis verò casibus *Jesu*.

Q. *Quomodo Dativus singularis hujus Declinationis interdum exit?*

R. In u; ut, Fructu pro Fructui.

Q. *Quæ nomina hujus Declinationis Dativum & ablativum pluralem in* ubus *formant?*

R. *Artus, arcus, tribus, acus. Ficus, specus, quercus, lacus, Portus, veru, genu.*

Q. *Quomodo autem cætera omnia Dativum & Ablativum pluralem formant?*

R. In ibus.

CAP. XV.

Cap. XV.

De quinta Declinatione.

Q. *Quot habet terminationes quinta Declinatio?*

R. Unicam in *es*, ut, *facies.*

Q. *Cujus generis sunt nomina hujus Declinationis?*

R. Omnia nomina hujus Declinationis sunt fœminina, exceptis *Dies* et *Meridies.*

Q. *Da terminationes quintæ Declinationis per omnes casus?*

Sing. Nom. *es*, Gen. *ëi*, Dat. *ëi*, Acc. *em*, Voc. *es*, Abl. *e.*

Plur. Nom. *es*, Gen. *erum*, Dat. *ebus*, Acc. *es*, Voc. *es*, Abl. *ebus.*

Q. *Da exemplum, sive typum hujus Declinationis?*

Sing. Nom. *Facies*, Gen. *Faciëi*, Dat. *Faciëi*, Acc. *Faciem*, Voc. *Facies*, Abl. *Facie.*

Plur. Nom. *Facies*, Gen. *Facierum*, Dat. *Faciebus*, Acc. *Facies*, Voc. *Facies*, Abl. *Faciebus.*

Q. *Quomodo genitivus, singularis hujus Declinationis olim exibat?*

R. In *ii* et *e.*

Q. *Quomodo autem dativus?*

R. Aliquando in *e.*

Q. *Quæ nomina alterius Declinationis juxta hanc olim flectebantur?*

R. Quædam tertiæ; ut, plebes, ei.

Q. *An hæc Declinatio Genitivum, Dativum, & Ablativum pluralem in ullis ſortita eſt?*

R. Non in ullis præter *res, ſpecies, facies, acies, dies,* & *meridies.*

CAP. XVI.

De Flexione Adjectivorum.

Q. *Quomodo flectuntur Adjectiva?*

R. Vel tribus terminationibus, vel tribus articulis.

Q. *Ad quam formam variantur Adjectiva trium terminationum.*

R. Ad formam primæ & ſecundæ Declinationis, *viz.* Adjectivum in *r*, variantur, ſicut, Magiſter; in *us*, ſicut, Dominus; in *a*, ſicut, Muſa; in *um*, ſicut Regnum.

Q. *Quodnam eſt exemplum Adjectivorum trium terminationum?*

R. Sing. Nom. Bon*us*, bon*a*, bon*um*. Gen Bon*i*, bon*æ*, bon*i*. Dat. Bon*o*, bon*æ*, bon*o*. Acc. Bon*um*, bon*am*, bon*um*. Voc. Bon*e*, bon*a*, bon*um*. Abl. Bon*o*, bon*a*, bon*o*.

Plur. Nom. Bon*i*, bon*æ*, bon*a*. Gen. Bon*orum*, bon*arum*, bon*orum*. Dat. Bon*is*, bon*is*, bon*is*. Acc. Bon*os*, bon*as*, bon*a*. Voc. Bon*i*, bon*æ*, bon*a*. Ablat. Bon*is*, bon*is*, bon*is*.

Q. *Quænam Adjectiva formant Genitivum in* ius, *& Dativum in* i?

R. Unus, totus, ſolus, ullus, alter, uter, & eorum, compoſita, ut, nonnullus, neuter.

Q. *Quomodo verò* alius *variatur?*

R.

R. Singul. Nom. Alius, alia, aliud. Gen. Alius, Dat. alii, *&c.*

Q. Quomodo anomala ista adjectiva ambo *&* duo *formant neutrum genus?*

R. Per *o.*

Q. Quomodo autem variantur?

R. Plur. Nom. Ambo, ambæ, ambo, Gen. amborum ambarum, amborum, Dat. ambobus, ambabus, ambobus, Acc. ambos ambas, ambo, Voc. ambo, ambæ, ambo. Abl. ambobus, ambabus ambobus. Sic etiam, Plur. Nom. Duo duæ, duo, *&c.*

Q. Quam formam sequuntur Adjectiva unius vel duarum terminationum?

R. Tertiæ declinationis.

Q. Quodnam est exemplum Adjectivorum unius terminationis,

R. Sing. Nom. Hic, hæc, & hoc, fælix, Gen. hujus, fælicis, Dat. huic, felici, Acc. hunc, hanc, & hoc felix. Voc. Felix, Abl. hoc, hac, & hoc felice, vel felici.

Plur. Nom. Hi & hæ felices, & hæc felicia, Gen. horum, harum, & horum felicium. Dat. his felicibus, Acc. hos & has felices, & hæc fælicia, Voc. felices & felicia, Abl. his felicibus.

Q. Quodnam est exemplum adjectivorum duarum terminationum?

R. Sing. Nom. Hic, hæc Tristis, & hoc Triste, Gen. hujus Tristis, Dat. huic tristi, Acc. hunc & hanc tristem & hoc triste, Voc. tristis et triste, Abl. hoc, hac, et hoc tristi.

Plur. Nom. Hi & hæ tristes & hæc tristia, Gen. horum tarum & horum, tristium, Dat. his tristibus, Acc. hos et has tristes et hæc tristia, Voc. tristes, et tristia, Abl. his tristibus.

Q. Quomodo Nomina composita à duobus rectis declinantur?

R. In utrisque eu, Nom. Res-publica, Gen. Rei-publicæ, *&c.*

Q. *Quomodo verò composita a recto & obliquo declinantur?*

R. Tantum ex parte recti; ut, Nom. Pater-familias Gen. Patris-familias, *&c.*

Cap. XVII.

De Comparatione.

Q. *Quæ nomina comparantur?*

R. Quorum significatio augeri minuive potest.

Q. *Quid est Comparatio?*

R. Est variatio dictionis per gradus.

Q. *Quot sunt gradus comparationis?*

R. Tres.

Q. *Qui sunt?*

R. Positivus, Comparativus, & Superlativus.

Q. *Quis est gradus positivus?*

R. Positivus gradus est prima vox, quæ rem simpliciter, et sine excessu significat; us, Tristis, durus.

Q. *Quis est gradus Comparativus?*

R. Qui significationem positivi per *magis* auget; ut, Tristior, durior,

Q. *Quis est gradus Superlativus?*

R. Qui supra positivum cum adverbio *valde* vel *maxime* significat; ut, Tristissimus, Durissimus.

Q. *Unde Comparativus fit regulariter?*

R. A primo positivi casu in *i*, addendo *or* et *us*; ut, à Tristi fit Tristior, et Tristius, a Duri fit durior et durius.

Q. *Unde Superlativus fit regulariter?*

R. A primo positivi casu in *i*, addendo *ssimus*; ut, à Tristi

Triſti fit Triſtiſſimus; a Duri fit duriſſimus.

Q. *Quomodo Poſitiva in* u *formant Superlativum?*

R. Aſſumendo *rimus*; ut, pulcher, pulcherrimus.

Q. *Quæ vero excipiuntur?*

R. Dexter, dexterior, dextimus; et ſiniſter, ſiniſterior, ſiniſtimus, prout antiqui formabant.

Q. *Quæ nomina in* lis *formant ſuperlativum per* limus?

R. Sex iſta, *viz.* Docilis, docillimus, agilis, agillimus gracilis, gracillimus; humilis, humillimus; ſimilis, ſimillimus; facilis, facillimus.

Q. *Quæ nomina in* us *comparantur tanquam à poſitivis in* ens?

R. Quæ derivantur a *dico*, ut, maledicus, maledicentior, maledicentiſſimus, a *loquor*, ut, magniloquus, magniloquentior, magniloquentiſſimus, a *volo*; ut, benevolus benevolentior, benevolentiſſimus; a *facio*; ut, Magnificus, magnificentior, magnificentiſſimus.

Q. *Quando ſit comparativus per* magis, *& Superlativus per* maxime?

R. Quando vocalis præcedit *us* finale.

Q. *Da exemplum?*

R. Pius, magis Pius, maxime Pius;

Q. *Quænam alia Adjectiva excipiuntur etiam a regula generali præcedente?*

R. Bonus, melior, optimus; Malus, pejor, peſſimus, Magnus, major, maximus; Parvus, minor, minimus; Multus plurimus; Multa plurima; multum plus plurimum; Vetus, veterior, veterrimus; Maturus, maturior, maturimus, et maturiſſimus; Nequam, nequior, nequiſſimus.

Q. *Quænam alia excipiuntur?*

R. Quorum poſitivi ab adverbiis, et præpoſitionibus derivantur; ut, Citer, citerior, citimus; a citra. Exterus exterior, extimus, vel extremus, ab extra, Inferus; inferior, infimus; ab infra. Poſterus, poſterior, poſtremus a poſt, Superus, ſuperior, ſupremus, vel ſummus a ſupra.

Q. *Quænam his addi solent?*

R. Ultra, ulterior, ultimus. Prope, propior, proximè. Pridem, prior, primus. Diu, diutior, diutissimus.

Q. *Quænam in legendis auctoribus raro occurrunt, atque igitur raro sunt usurpanda?*

R. Assiduior, Strenuior, Egregiissimus, Mirificissimus Pientissimus, vel piissimus, ipsissimus, perpetuissimus, tuissimus, exiguissimus, multissimus, proximior.

Q. *Quæ carent Positivo?*

R. Ocyor, ocyssimus; Potior, potissimus; Deterior, deterrimus; Penitior, penitissimus.

Q. *Quæ carent comparativo?*

R. Novus, novissimus; inclytus, inclytissimus; invitus, invitissimus; meritus, meritissimus; sacer, sacerrimus; falsus falsissimus; fidus, fidissimus; nuper, nuperus, nuperrimus; diversus; diversissimus.

Q. *Quæ carent Superlativo?*

R. Opimus, opimior; Juvenis, junior; Senex, senior; Declivis, declivior; Longinquus, longinquior; salutaris, salutarior, Supinus, supinior; Adolescens, adolescentior, Ingens, ingentior, Satur, saturior, Antè, anterior; Infinitus, infinitior; Taciturnus, taciturnior; Communis, communior.

Q. *Quem gradum habet* licentior?

R. Solum comparativum.

Q. *Nonne fit comparatio a Substantivis?*

R. Imo, interdum, sed abusive; ut Nero Neronior, Pœnus, Pœnior.

QUÆ

QUÆ GENUS:
sive,
ROB. ROBINSONI
Regulæ de Heteroclitis, seu Anomalis.

CAP. XVIII.

De Heteroclitis variantibus.

Q. *QUæ Nomina sunt Heteroclita?*

R. Quæ genus aut flexum variant, quæcunq; deficiunt, superantve.

Q. *Ex variantibus, quæ nomina sunt fœmininia in singulari, neutra verò in plurali numero?*

R. Pergamus & Supellex.

Q. Quæ

Q. *Quæ sunt neutra in singulari, mascula verò & neutra in plurali?*

R. Rastrum, frœnum, silum, Capistrum.

Q. *Quæ sunt neutra in singulari, & mascula duntaxat plurali?*

R. Cœlum & Argos

Q. *Quæ sunt neutra singulari, fœminina verò plurali?*

R. Nundinum, epulum, & balneum, quod habet etiam plurale neutrum.

Q. *Quæ sunt mascula in singulari, neutra verò plurali?*

R. Menalus, Dindymus, Ismarus, Tartarus, Taygetus, Tænarus, Massicus, Gargarus.

Q. *Quæ sunt Mascula singularia, Mascula verò & neutra pluralia?*

R. Sibilus, jocus, locus, & Avernus.

Cap. XIX.

De Heteroclitis defectivis Casu.

Q. *Ex Heteroclitis defectivis casu, quæ dicuntur Aptota?*

R. Quæ nullum variant casum; ut, fas nil, nihil, instar. Multa in *u*, ut, cornu, genu; & in *i*; ut, gummi, frugi: sic Tempe, tot, quot, & omnes à tribus ad centum numeri.

Q. *Quod nomen est Monoptoton?*

R. Cui vox cadit una; ceu noctu, nam, jussu, injussu, astu, pl. astus; promptu, permissu, & inficias.

Q. *Quæ nomina sunt Diptota?*

R. Quibus duplex flexura remansit; ut, fors, forte; Spontis

Spontis, ſponte; plus, pluris; repetundarum, repetundis; jugeris, jugere; verberis, verbere; Suppetiæ, ſuppetias; tantundem, tantidem; impetis, impete; vicem, vice.

Q. *Quænam verò horum cunctos caſus numero ſecunda retinent?*

R. Verberis, vicem; plus, & jugeris.

Q. *Qua nomina vocantur Triptota?*

R. Tres quibus inflectis caſus; ut precis, precem, precc. Opis, opem, ope.

Q. *Quis caſus deeſt in* vis?

R. Dativus.

Q. *Qualem pluralem habet* vis *& Triptota?*

R. Integrum.

Q. *Quæ Nomina carent quinto caſu?*

R. Relativa; ut, Qui, interrogativa; ut, Ecquis; Diſtributiva; ut, nullus, neuter, & omnis: Indefinita; ut. quilibet, alter, & pronomina, præter hæc quatuor, tu, meus, noſter & noſtras.

CAP. XX.

De Heteroclitis defectivis Numero.

Q. *EX Heteroclitis defectivis Numero, quæ carent ſingulari?*

R. Propria cuncta, quibus eſt natura corporea, ut, Mars, Cato, Gallia, *&c.*

Q. *Quæ nomina Appellativa his duabus poſſunt?*

R. Nomina frumentorum, ut, Triticum; Penſorum; ut: Lana: herbarum; ut, ſalvia; udorum, ut, cerviſia; metallorum; ut, aurum.

Q. *Quæ*

Q. *Quæ neutra plurali tres tantum similes voces servant?*

R. Hordeum, far, forum, mel, mulsum, defrutum, & thus.

Q. *Quæ Masculæ carent plurali?*

R. Hesperus, vesper, pontus, limus, fimus, penus, sanguis, æther, & nemo, quæ vox etiam genitivo et vocativo singulari caret.

Q. *Quæ Fœmina carent plurali?*

R. Pubes, salus, talio, indoles, tussis, pix, humus, lues, sitis, fuga, quies, cholera, fames, bilis, senecta, juventus.

Q. *Quæ verò tres similes casus plurali retinent?*

R. Soboles, labes, et omnia quintæ, præter res, species, facies, acies, et dies, quæ voces sunt totæ in plurali.

Q. *Quænam muliebria solent his annectere Grammatici?*

R. Stultitia, invidia, sapientia, desidia, atque id genus innumera.

Q. *Quæ neutra carent plurali?*

R. Delicium, senium, lethum, cœnum, salum, barathrum, virus, vitrum, viscum, penum, gelu, solium, jubar, et hujusmodi multa.

Q. *Quæ Masculæ singulari deficiunt?*

R. Manes, majores, cancelli, liberi, antes, menses, lemures, fasti, minores, natales, penates, Gabii; Locri, & hujusmodi alia.

Q. *Quæ Fœminina singulari carent?*

R. Exuviæ, phaleræ, manubiæ, idus, antiæ, induciæ, insidiæ, minæ, excubiæ, nonæ, nugæ, tricæ, calendæ, quisquiliæ, thermæ, cunæ, diræ, exequiæ, inferiæ, feriæ, primitiæ, plagæ, valvæ, divitiæ, nuptiæ, lactes, Thebæ, & Athenæ, & id genus nomina locorum.

Q. Quæ

Q. *Quæ Neutra careant singulari?*

R. Mœnia, tesqua, præcordia, lustra, arma, mapalia, bellaria, munia, castra, justa, sponsalia, rostra, crepundia, cunabula, exta, effata, quibus jungi possunt substorum nomina, ut Bachanalia.

Cap. XXI.

De Heteroclitis Redundantibus.

Q. *Ex Heteroclitis redundantibus, quæ genus & vocem variant?*

R. Tonitrus, tonitru; clypeus, clypeum; baculus, baculum, & bacillum; sensus, sensum; tignus, tignum; tapetum, tapete & tapes; punctus, punctum; sinapi, sinapis; sinus, sinum, menda, mendum; viscus, viscum; cornu, cornum, et cornus; eventus, eventum, et hujus generis ferè innumera.

Q. *Quæ nomina Græca novum Latinum in Accusativo pariunt?*

R. Panther, panthera; crater, cratera; cassis, cassida; æther, ethera creat.

Q. *Quæ nomina variant Nominativum, manentes interim sensu, & genere uno?*

R. Gibbus, gibber; cucumis, cucumer; stipis, stipes; cinis, ciner; vomis, vomer; scobis, scobs; pulvis, pulver; pubes, puber; item quæ pariunt, ut es, is: honor, labor, arbor, odor; Apes, apis; plebs, plebis; et accepta à Græcis; ut, delphin, delphinus; elephas, elephantus; congrus, congrus; Meleagrus, Meleager; Teucrus, Teucer.

Q. *Quæ*

Q. *Quæ nomina sunt quarti flexūs & secundi?*

R. Laurus, quercus, pinus, ficus, colus, penus, cornus, lacus, & domus, in quo nomine declinando *me* & *mu* in singulari, *mi* & *mis* in plurali tollenda sunt.

Q. *Quænam Adjectiva sunt redundantia?*

R. Quæ ab his nominibus formantur, *viz.* arma, jugum, nervus, somnus, clivus, animus, limus, trænum, cera, bacillum, & desinentia in *us* vel *is*; ut, inermus, inermis, ab arma.

Q. *Qualis vox est*, Hilarus?

R. Rarior.

Q. *Qualis vero est* hilaris?

R. Bene nota.

Cap. XXII.

De Speciebus Nominum.

Q. *Quæ sunt nomina Primitiva?*

R. Hæc quæ sequuntur, & hujusmodi, *viz.* Collectivum, Fictitium, Interrogativum, Redditivum, & Numerale.

Q. *Quid est nomen Fictitium?*

R. Quod à sono fingitur; ut, Sibilus, tintinnabulum.

Q. *Quid est Interrogativum?*

R. Quo in Interrogando utimur; ut, quot? qualis?

Q. *Quid est Redditivum?*

R. Quod Interrogativo responsum reddit; ut, tot, talis.

Q. *In quæ verò Interrogativa & Redditiva aliquando migrant?*

R. Indefinita, & Relativa.

Q. *Quid est nomen Indefinitum?*

R. Quod certam rem non definit.

Q. *Quid est nomen Relativum?*

R. Quod ad vocem præcedentem refertur.

Q. *Da exemplum tum Indefinitum, tum Relativum in se habens.*

R. *Talis* erat, *qualem* nunquam vidi.

Q. *Quid est nomen numerale?*

R. Quod numerum aliquo modo significat.

Q. *Quot verò species habet?*

R. Multas, quarum decem hic enumerantur, *viz.* Cardinale, Ordinale, Distributivum, Partitivum, Universale, Particulare, Multiplicativum, Proportionale, Temporale & Ponderale.

Q. *Quid est nomen Cardinale?*

R. A quo alia numeralia dimanant; ut, Unus, duo.

Q. *Quid est ordinale?*

R. Quod ordinem denotat; ut, Primus, secundus.

Q. *Quid est Distributivum?*

R. Quod totum in partes distribuit; ut, singuli, bini.

Q. *Quid est Partitivum?*

R. Quod significat vel multa singulatim; ut, quisque, uterque; vel unum è multis; ut, alter, aliquis.

Q. *Quid est Universale?*

R. Quod universaliter rem significat; ut, omnis, nullus.

Q. *Quid est Particulare?*

R. Quod partem universalis significat; ut, quidam, aliquis.

Q. *Quid est Multiplicativum?*

R. Quod multiplicitatem rei significat; ut, simplex, duplex.

Q. *Quid*

Q. *Quid est Proportionale?*

R. Quod proportionem significat; ut, Simplices, duplum.

Q. *Quid est temporale?*

R. Quod tempus significat; ut, bimus, trimus, et biennis, triennis.

Q. *Quid est Ponderale?*

R. Quod pondus significat; ut, ternarius, centenarius.

Q. *Quotuplicia sunt nomina Derivativa?*

R. Multiplicia, quorum hæc sunt præcipuæ species; *viz.* Verbale, Patrium, Gentile, Patronymicum, Diminutivum, Possessivum, Denominativum, Materiale, Locale, Participiale, et adverbiale.

Q. *Quid est nomen Verbale?*

R. Quod a verbo derivatur, ut, Lectio, flexilis.

Q. *Quid est nomen Patrium?*

R. Quod Patriam significat; ut, Londinensis.

Q. *Quid est Gentile?*

R. Quod Gentem, partes, aut sectam significat, ut, Græcus, Ciceronianus, Christianus.

Q. *Quid est Patronymicum?*

R. Quod vel à patre, vel ab alia suæ familiæ persona derivatur; ut, Æacides, ab Æacus.

Q. *Quomodo desinunt Patronymica?*

R. Patronymica masculina desinunt in *des*, ut, Latoides; vel in *ion*, ut, Japetion, fœminina desinunt in *as*, ut Ilias; in *is*, ut Menelais, vel in *ne*, ut, Nerine.

Q. *Quid est Diminutivum?*

R. Quod significationem sui Primitivi minuit; ut, stultulus, lapillulus.

Q. *Quid est possessivum?*

R. Quod possessionem significat; ut, Regius, paternus.

Q. *Quid est Denominativum?*

R. Quod ab alio sola terminatione differt; ut, Justicia, Justus.

Q. *Quid*

Q. *Quid eſt materiale?*

R. Quod materiam ſignificat; ut, Aureus.

Q. *Quid eſt Locale?*

R. Quod locum denotat; ut, hortenſis, agreſtis.

Q. *Quid eſt Participiale?*

R. Quod à Participio fit; ut, Sapiens.

Q. *Quid eſt Adverbiale?*

R. Quod ab Adverbio derivatur, ut, craſtinus à cras.

Q. *Quæ voces pro primitivis in Latinâ linguâ ſunt habendæ?*

R. Quarum origo in eadem vel ignota, vel incerta eſt; imò, licèt ab aliâ linguâ dimanent; ut, Ego, Muſa.

Q. *Ne ridiculi ſimus in inveſtigandis dictionibus, quid agendum eſt?*

R. Diligenter obſervandum terminationes, quæ primitivis accedunt; ut, ab Amo fit amator, amicus, amabilis, &c.

CAP. XXIII.

De Pronomine.

Q. *Quid eſt Pronomen?*

R. Pronomen eſt pars orationis pro nomine poſita, & vicem ejus ſupplens.

Q. *Quot ſunt Pronomina?*

R. Quindecim.

Q. *Quæ ſunt?*

R. Ego, tu, ſui, ille, ipſe iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Q. *Quænam his addi possunt?*

R. Qui, quis, cujus, & cujas.

Q. *Quæ Pronomina dicuntur Substantiva?*

R. Quæ ad tria genera referuntur sine variatione, viz. *Ego, tu, sui.*

Q. *Quæ dicuntur Adjectiva?*

R. Omnia reliqua, quæ per tria genera variantur; ut, meus, mea, meum.

Q. *Quæ Pronomina secundùm speciem suam dicuntur Primitiva?*

R. Quæ sunt primæ voces, viz. Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, & qui.

Q. *Quænam horum vocantur Demonstrativa?*

R. Quæ in re aliquâ non prius dicta demonstrandâ usurpantur, ut, Ego, tu, sui, ille, ipse, hic, is.

Q. *Quænam autem vocantur Relativa?*

R. Quibus in repetendâ re aliqua prius dictâ utimur; ut, Ille, ipse, iste, hic, is & qui.

Q. *Quæ Pronomina vocantur Derivativa?*

R. Quæ derivantur à suis Primitivis, viz. Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, quis, cujus, & cujas.

Q. *Quænam autem ex his sunt Possessiva?*

R. Quæ possessionem significant; ut, Meus, tuus, suus, noster, vester.

Q. *Quæ sunt Gentilia?*

R. Quæ partem aut nationem, vel partes & sectas significant; ut, Nostras, vestras, & cujas.

Q. *Quæ sunt Finita?*

R. Quæ definiunt certam personam; ut, Ego, tu.

Q. *Quæ sunt Indefinita?*

R. Quæ certam personam non definiunt; ut, Quis, cujus.

Q. *Quæ sunt Reciproca?*

R. Quæ

R. Quæ se recipiunt ad eandem tertiam personam quæ præcessit; ut, Sui, suus.

Q. Da quædam exempla reciprocorum se ad eandem tertiam personam recipientium.

R. Petrus rogat ne se deseras.
Parcit quisque erroribus suis.
Trahit sua quemque voluptas.

Q. Quot sunt Declinationes Pronominum?

R. Quatuor.

Q. Quomodo exit earum Genitivus Singularis?

R. Genitivus singularis primæ exit in *i*; secundæ in *ius* vel *jus*; tertiæ in *i*, *æ*, *i*; quartæ in *atis*.

Q. Quæ Pronomina sunt primæ Declinationis?

R. Ego, tu, sui.

Q. Quomodo variatur Ego?

R. Sing. Nom. *Ego*, Gen. *mei*, Dat. *mihi*, Acc. *me*, Voc. caret, Ablat. *à me*.

Plur. Nom. *Nos*, Gen. *nostrûm* vel *nostri*, Dat. *nobis*, Acc. *nos*, Voc. caret, Ablat. *à nobis*.

Q. Quomodo variatur Tu?

R. Sing. Nom. *Tu*, Gen. *tui*, Dat. *tibi*, Accusat. *te*, Voc. *tu*, Ablat. *te*.

Plur. Nom. *Vos*, Gen. *vestrûm* vel *vestri*, Dat. *vobis*, Acc. *vos*, Voc. *vos*, Ablat. *vobis*.

Q. Quomodo variatur sui?

R. Sing. & Plur. Gen. *Sui*, Dat. *sibi*, Acc. & Ablat. *se*.

Q. Quibus casibus caret sui?

R. Nominativo & Vocativo utriusque numeri.

Q. Quæ Pronomina sunt secundæ Declinationis?

R. Ille, ipse, iste, hic, is, qui & quis.

Q. Quomodo iste *variatur?*

R. Sing. Nom. *Iste, ista, istud*, Gen. *Istius*, Dat. *Isti*, Acc. *Istum, istam, istud*, Voc. caret, Abl. *Isto, ista, isto*.
Plur. Nom. *Isti, istæ, ista*, Gen. *Istorum, istarum, istorum*, Dat. *Istis*, Acc. *Istos, istas, ista*, Voc. caret, Abl. *Istis*.

Q. *Quomodo* ille & ipſe *varientur* ?

R. Sicut *iſte*, niſi quod *ipſe* in neutro genere in Nominativo & Accuſativo ſingulari facit ipſum.

Q. *Quomodo declinatur* Hic ?

R. Ut prius in Articulis dictum eſt.

Q. *Inflecte* is ?

R

Singulariter	Nominat. is, ea, id.	Pluraliter	Nominat. ii, eæ, ea.
	Genitivo ejus.		Gen. eorum, earum, eorum.
	Dativo ei.		Dativo iis vel eis.
	Accuſat. eum, eam, id.		Accuſat. eos, eas, ea.
	Vocativo caret.		Vocativo caret.
	Ablativo eo, ea, eo.		Ablativo iis vel eis.

Q. *Quomodo variatur etiam* idem, *compoſitum ab* is & dem ?

R. Sing. Nom. Idem, eadem, idem, Gen. Ejuſdem. Dat. Eidem. Acc. Eundem, eandem, idem, *&c.*

Q. *Quomodo declinatur* Qui ?

Singulariter	Nom. qui, quæ, quod,	Pluraliter	Nom. qui, quæ, quæ.
	Genitivo cujus.		Gen. quo ũ, quarũ, quo ũ
	Dativo cui.		Dat. quibus vel queis.
	Ac. quem, quam, quod		Accuſ. quos, quas, quæ.
	Vocativo caret. (quo		Vocativo caret
	Abl. quo, vel qui, qua,		Ablat. quibus vel queis.

Q. *Quomodo variatur* Quis?

R. Sing. Nom. Quis, quæ, quid. Gen. cujus, *&c.*

Q. *Quomodo variatur ejus compoſitum* Quiſquis ?

R. Sing. Nom. Quiſquis, quicquid. Acc. Quicquid. Abl. Quoquo, quaqua, quoquo.

Q. *Quæ pronomina ſunt tertiæ Declinationi* ?

R. Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, et cujus.

Q. *Quomodo autem hæc variantur* ?

R. Ad formam Adjectivorum trium terminationum in hunc modum.

Sng.

Sing. Nom. *Meus, mea, meum*; Gen. *Mei, meæ, mei.*
Tuus, tua, tuum; *Tui, tuæ, tui.*
Suus, ſua, ſuum; *Sui, ſuæ, ſui.*
Noſter, noſtra noſtrum; *Noſtri, noſtræ, noſtri.*
Veſter, veſtra, veſtrum; *Veſtri, veſtræ, veſtri.*
Cujus, cuja, cujum.

Q. *Quid autem meus habet in Vocativo Singulari?*
R. Mi, mea, meum.
Q. *Quæ Pronomina ſunt quartæ Declinationis?*
Noſtras, Veſtras & Cujas.
Q. *Quomodo hæc variantur?*
R. Ad formam Ajectivorum trium terminationum, ut,

		Noſtras,	*Noſtratis.*
Sing. Nom.	Hic, hæc & hoc,	*Veſtras,* Gen.	*Veſtratis.*
		Cujas,	*Cujatis.*

Q. *Quomodo Pronomina componuntur?*
R. Inter ſe, cum Nominibus, cum Verbis, cum Adverbiis, cum Conjunctione, cum Præpoſitione, & cum ſyllabicis Adjectionibus, *met, te, pte, ce, cine.*
Q. *Quomodo verò* quis *&* qui *componuntur?*
R. Poſtponuntur & præponuntur quibuſdam particulis.
Q. *Quibus autem particulis poſtponitur* Quis?
R. Et, ne, alius, num, et ſi.
Q. *Quid autem hæc habent tam in Fœminino ſingulari, quàm in neutro Plurali?*
R. *Qua* non *quæ.*
Q. *Quid autem* ecquis *habet in Fœminino?*
R. *Ecquæ & ecqua.*
Q. *Quibus particulis præponitur* quis *in compoſitione?*

R. Nam, piam, putas, quam & quę.

Q. *Quibus particulis præponitur* Qui ?

R. Dum, vis, libet, cunque.

Q. *Quid autem hæc ubique retinent ?*

R. Quæ, ut, Quænam doctrina; quæcunque negotia.

Cap. XXIV.

De Verbo & ejus Accidentibus.

Q. *Quid est verbum ?*

R. Verbum est pars Orationis, quæ esse aliquid, agereve, aut pati significat: ut Sum, Amo, Amor.

Q. *Quotuplex est verbum.*

R. Duplex, Personale & Impersonale.

Q. *Quid est verbum Personale ?*

R. Quod tribus personis in utroque numero distinguitur; ut, Sing. *Amo, amas, amat.*

Plur. *Amamus, amatis, amant.*

Q. *Quid est verbum Impersonale ?*

R. Quod nullius personæ aut numeri certam significationem, nisi ex adjuncto casu obliquo, sortitur; ut, Oportet me, oportet te; Statur à me, statur à te.

Q. *Quænam accidunt Verbo ?*

R. Genus, Modus, Tempus, & Conjugatio.

Q. *Quot sunt Genera verborum ?*

R. Quinque, *viz.* Activum, Passivum, Neutrum, Deponens & Commune.

Q. *Quid*

Q. *Quid eſt verbum Activum?*

R. Quod agere ſignificat & in *o* finitur, ut, *Amo*: aſſumendo verò *r* Paſſivum formare poteſt; ut *Amor.*

Q. *Quid eſt verbum Paſſivum?*

R. Quod pati ſignificat, & in *or* finitur, ut, *Amor*; dempto verò *r* Activam formam reſumere poteſt; ut, *Amo.*

Q. *Quid eſt verbum Neutrum?*

R. Quod in *o* vel *m* finitur, nec admittit *r* ut fiat paſſivum; ut, *Curro, Sum.*

Q. *Quot ſunt Genera Neutrorum?*

R. Tria, ſecundùm eorum ſignificationem, *viz.* Subſtantivum, Abſolutum & Tranſitivum.

Q. *Quid eſt verbum Subſtantivum?*

R. Quod ſubſiſtentiam rei ſignificat; ut, *Sum.*

Q. *Quid eſt verbum Abſolutum?*

R. Quod ipſum per ſe ſenſum abſolvit; ut, *Dormio.*

Q. *Quid eſt verbum Tranſitivum?*

R. Cujus actio in rem cognatæ ſignificationis tranſit; ut, *Curro.*

Q. *Quid eſt verbum Deponens?*

R. Quod in *or* finitum, vel Activi ſignificationem habet; ut, *Loquor verbum*, vel Neutrius; ut, *Glorior.*

Q. *Quid eſt verbum Commune?*

R. Quod in *or* finitum, tam Activam, quam Paſſivam ſignificationem habet; ut, *Oſculor.*

Q. *Quot ſunt Modi verborum?*

R. Quatuor, *viz.* Indicativus, Imperativus, Subjunctivus & Infinitivus.

Q. *Quid eſt Modus Indicativus?*

R. Qui ſimpliciter aliquid indicat, aut interrogat; ut, *Ego amo; Amas tu?*

Q. *Quis*

Q. *Quis est modus imperativus?*

R. Qui imperat, aut rogat; ut *Ama tu. Da mihi.*

Q. *Quis est modus Subjunctivus?*

R. Qui subjungitur alteri verbo in eadem sententia, ut, *Cum amarem, eram miser.*

Q. *Quomodo hic modus dicitur Optativus?*

R. Quando in optando usurpatur.

Q. *Quando vero potentialis?*

R. Quando per *possum, valeo,* aut *debeo* exponitur.

Q. *Quis est modus infinitivus?*

R. Qui certam personam aut numerum non definit; ut *Amare?*

Q. *Quæ pertinent ad hunc modum?*

R. Gerundia & Supina.

Q. *Quot sunt Gerundia?*

R. Tria, quæ à nomine casum, & à verbo significationem accipiunt.

Q. *Da casus Gerundiorum?*

R. Gen. *Di*; ut, Amandi. Dat. & Abl. *Do*; ut Amando. Nom. & Acc. *Dum*; ut, Amandum.

Q. *Quot sunt Supina?*

R. Duo.

Q. *Quomodo exit prius Supinum?*

R. In *um*, ut, Amatum.

Q. *Quomodo significat?*

R. Activè.

Q. *Quomodo exit posterius Supinum?*

R. In *u*; ut, Amatu.

Q. *Quomodo vero significat?*

R. Passivè.

Q. *Quot sunt Tempora verborum?*

R. Quinque, *viz.* Præsens, imperfectum, Perfectum, pluſquamperfectum & Futurum.

Q. *Quid est tempus Præsens?*

R. Quod de tempore præsenti loquitur, et aliquid nunc agere vel fieri significat; ut, Amo.

Q. *Quid*

Q. *Quid est tempus imperfectum?*

R. Quod de tempore nondum perfecte præterito loquitur, et aliquid fieri, sed nondum absolvi significat; ut, Amabam.

Q. *Quid est tempus Præteritum perfectum?*

R. Quod de tempore perfecte præterito loquitur, et aliquid jam perfici significat; ut, Amavi.

Q. *Quid est præteritum plusquamperfectum?*

R. Quod de tempore plus quam perfecto loquitur, et aliquid jamdiu perfectum significat; ut, Amaveram.

Q. *Quid est tempus futurum?*

R. Quod loquitur de tempore futuro, et aliquid de futuro significat; ut, Amabo.

Q. *Quod tempus dicitur Exactum?*

R. Subjunctivi futurum, quod præteriti simul et futuri significationem habeat; ut, cum amavero.

Q. *Quid est conjugatio?*

R. Est variatio verbi per modos et Tempora.

Q. *Quot sunt conjugationes verborum?*

R. Quatuor.

Q. *Quomodo hæc à se invicem distinguuntur?*

R. Certis indicibus, sive literis characteristicis.

Q. *Quem habet indicem prima conjugatio?*

R. Habet *a* productum ante *re* et *ris*; ut, amare, amaris.

Q. *Quem habet indicem secunda conjugatio?*

R. Habet *e* productum ante *re* et *ris*; ut, Docere, Doceris.

Q. *Quem habet indicem tertia Conjugatio?*

R. Habet *e* correptum ante *re* et *ris*; ut, Legere, Legeris,

Q. *Quem habet characterem quarta conjugatio?*

R. Habet *i* productum ante *re*, et *ris*; ut, Audire, Audiris.

Q. *Ubi vero inveniendus est hic index, sive litera characteristica?* R. In

R. In infinitivo præſenti verborum in *O* & in ſecundâ perſona ſingulari indicativi præſentis verborum in *Or*.

Cap. XXV.

De forma Primæ Conjugationis:

Q. Quomodo verba in O *Primæ Conjugationis variantur*

R. Sicut Amo.

Q. Inflecte Amo?

R. Amo, amas, amavi, amare, amatum.

Q. Quomodo formatur Amo in primâ perſonâ ſingulari per omnes modos & Tempora?

R. Indic. *Amo, amabam, amavi, amaveram, amabo.* Imperativus caret prima ſingulari.

Potent. *Amem, amarem, amaverim, amaviſſem, amavero.* Infinitivus non habet perſonas tempora autem ejus ſunt. *Amare, amaviſſe, amaturum eſſe.*

Q. Da terminationes uniuſcujuſque temporis per omnes modos in voce Activâ?

R. Indic. Præſens. *O, as, at; amus, atis, ant;*
Imperf. *Abam, abas, abat; abamus, abatis, abant.*
Perf. *Avi, aviſti, avit; avimus, aviſtis, averunt, vel avere.*
Pluſquam perf. *averam, averas, averat; averamus, averatis, averant.*
Futurum *Abo, abis, abit; abimus, abitis, abunt.*
Imperat. Preſens. *A, ato; et, ato; emus ate, atote; ent, anto.*
Potent. Præſens. *em, es, et; emus, etis, ent.*

Imperf.

Imperf. *Arem, ares, aret; aremus, aretis, arent.*
Perfectum *Averim, averis, averit; averimus averitis, averint.*
Pluſquam perf. *Aviſſem, aviſſes, aviſſet, aviſſemus aviſſetis, aviſſent.*
Futurum *Avero, averis, averit; averimus, averitis, averint.*
Infinitivi. Præſ. & Imperf. *Are.*
Perfectum Pluſquamperf. *Aviſſe.*
Futurum *Aturum eſſe.*

Q. *Quomodo verba in* Or *primæ Conjugationis variantur?*

R. Sicut Amor.

Q. *Inflecte Amor?*

R. Amor, amaris vel amare, amatus ſum vel fui, amari.

Q. *Quomodo formatur Amor in prima perſona ſingulari per omnes modos & Tempora.*

R. Indic. *Amor, amabar, amatus* ſum vel fui; *amatus* eram vel fueram; *amabor.* Imperativus caret prima ſingulari Potent. *Amer, amarer,* amatus ſim vel fuerim, amatus eſſem vel fuiſſem, *amavero.* Infinitivus non habet perſonas, ejus autem tempora ſunt, *amari,* amatum eſſe vel fuiſſe, amatum iri vel amandum eſſe.

Q. *De terminatione uniuſcujuſque temporis per omnes modos in voce paſſivâ?*

R. Indic. Prælens. *Or, aris* vel *are, atur; amur, amini, antur.* Imperf, *Abar, abaris* vel *abare, abatur; abamur, abamini, abantur.* Perfect. *Atus* ſum vel fui, *atus es* vel fuiſti; *atus eſt* vel fuit; *ati ſumus* vel fuimus; *ati eſtis* vel fuiſtis; *ati* ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſquam

Pluſquam perfectum, *Atus eram vel fueram, Atus eras vel fueras, atus erat vel fuerat; Ati eramus vel fueramus; Ati eratis vel fueratis; Ati erant vel fuerant.*

Futurum. *Abor, aberis vel abere, abitur, abimur, abimini, abuntur.*

Imperat. *Are, ator; etur, ator; emur, amini, aminor; entur, antor.*

Potential. Præſen. *Er, eris vel ere, etur; emur, emini, entur.*

Imperfect. *Arer, areris vel arere, aretur, Aremur, aremini, arentur.*

Perfect. *Atus ſim vel fuerim, Atus ſis vel fueris, Atus ſit vel fuerit. Ati ſimus vel fuerimus, Ati ſitis vel fueritis, Ati ſint vel fuerint.*

Pluſquam Perfectum. *Atus eſſem vel fuiſſem, Atus eſſes vel fuiſſes, Atus eſſet vel fuiſſet; Ati eſſemus vel fuiſſemus, Ati eſſetis vel fuiſſetis, Ati eſſent vel fuiſſent.*

Futurum. *Atus ero vel fuero, Atus eris vel fueris, Atus erit vel fuerit, Ati erimus vel fuerimus, Ati eritis vel fueritis, Ati erunt vel fuerint.*

Infinitivi Præſens, & Imperf. *Ari.* Perf. & Pluſquamperf. *Atum eſſe vel fuiſſe.*

Futurum, *Atum iri, vel andum eſſe.*

Cap.

Cap. XXVI.

De Formâ ſecundæ Conjugationis.

Q. *Quomodo Verba in* O *ſecundæ Conjugationis variantur?*

R. Sicut Doceo.

Q. *Quomodo formatur Doceo in primâ perſonâ ſingulari per omnes modos & Tempora?*

Indicativus. *Doceo, docebam, docui, docueram, docebo.*

Imperativus, *Caret primâ ſingulari.*

Potential. *Doceam, docerem, docuerim, docuiſſem, docuero.*

Infinitivus non habet Perſonas, ejus autem Tempora ſunt *Docere, docuiſſe, doctum eſſe.*

Q. *Recita terminationes uniuſcujuſque temporis ſecundæ Conjugationis in voce Activa per omnes modos?*

R. Indicativi Præſens, *Eo, es, et; Imus itis, ent.*

Imperf. *Ebam, ebas, ebat; Ebamus, ebatis ebant;*

Perf. *ii, iſti, iit, iimus, iſtis, ierunt vel ière,*

Plu quam Perfectum. *ieram, ieras, ierat; ieramus, ieratis, ierant*

Futurum. *Ebo, ebis, ebit; Ebimus, ebitis, ebunt*

Imperat. Præſ. *e, eto; eat, eto; eamus, ete, eto te; eant, ento.*

Potential. præſens. *Eam, eas, eat, eamus, eatis, eant.*

Imperf. *Erem, eres, eret; Eremus, eretis, erent;*

Perf. *ierim, ieris, ierit; ierimus, ieritis, ierint*

Pluſquam perfectum. *iſſem, iſſes, iſſet; iſſemus iſſetis, iſſent.* Futurum, *iero, ieris, ierit ierimus, ieritis, ierint.*

Infinitivi

Infinitivi præſ. & Imperf. *Ero*. Perf. & Pluſquam perf. *iiſſe*; Futurum. *urum eſſe*.

Q. *Quomodo verba in* O *ſecundæ Conjugationis variantur?*

R. Sicut Doceor.

Q. *Inflectite Doceor?*

R. Doceo, doceris, vel docere, doctus ſum vel fui, doceri.

Q. *Quomodo formatur Doceor in primâ perſonâ ſingulari per omnes modos & Tempora?*

R. Indicat. *Docco, docebar, doctus* ſum vel fui, *doctus* eram vel fueram, *docebor*. Imperativus caret prima ſingulari. Potent. *Docear, docerer, doctus* ſim vel fuerim, *doctus* eſſem vel fuiſſem, *doctus* erò vel fuero. Infinitivus non habet perſonas, ejus autem Tempora ſunt *Doceri, doctum* eſſe vel fuiſſe, *doctum iri*, vel *docendum* eſſe.

Q. *Recita terminationes uniuſcujuſque Temporis ſecundæ conjugationis in voce paſſivâ per omnes modos?*

R. Indic. Præſ. *Eor, eris* vel *ere, etur; emur, emini, entur*. Imperf. *Ebar, ebaris* vel *ebare, ebatur; ebamur, ebamini, ebantur*. Perf. *Us* ſum vel fui, *us, es* vel fuiſti; *us, eſt* vel fuit; *i* ſumus vel fuimus, *i* eſtis vel fuiſtis, *i* ſunt fuerunt vel fuere. Pluſquam Perf. *Us, eram* vel fueram, *us, eras* vel fueras, *us, erat* vel fuerat, *i eramus* vel fueramus, *i, eratis*, vel fueratis, *i erant*, vel fuerant. Futur. *ebor, eberis* vel *ebere, ebitur; ebimur ebimini, ebuntur*. Imperat. Præſ. *Ere, etor; eatur, etor; eamur, emini, eminor; eantur, enter*.

Potent.

Potent. Præſ. *ear*, *aris* vel *are*, *atur*; *eamur*, *eamini*, *eantur*. Imperf. *erer*, *ereris* vel *erere*, *eretur*; *eremur*, *eremini*, *erentur*. Perf. *us ſim* vel *fuerim*, *us ſis* vel *fueris*, *us ſit* vel *fuerit*; *i ſimus* vel *fuerimus*, *i*, *ſitis* vel *fueritis*, *i ſint* vel *fuerint*. Pluſquamperf. *us eſſem* vel *fuiſſem*, *us*, *eſſes* vel *fuiſſes*, *us*, *eſſet* vel *fuiſſet*; *i*, *eſſemus* vel *fuiſſemus*, *i*, *eſſetis* vel *fuiſſetis*, *i*, *eſſent* vel fuiſſent. Fut. *us*; *ero* vel *fuero*, *us eris* vel *fueris*, *us*, *erit* vel *fuerit*; *i*, *erimus* vel *fuerimus*, *i*, *eritis* vel *fueritis*, *i*, *erunt* vel *fuerint*. Infinit. Præſ. & Imperf. *eri*, Perf. & Pluſq. perf. *um eſſe* vel *fuiſſe*; Fut. *um iri* vel *dum eſſe*.

CAP. XXVII.

De forma Tertiæ Conjugationis.

Q. *Quomodo verba in* O *Tertiæ Conjugationis variantur?*

R. Sicut Lego?

Q. *Inflectite Lego?*

R. Lego, legis, legi, legere, lectum.

Q. *Quomodo formatur* Lego, *in prima perſona ſingulari per omnes modos & Tempora?*

R. Indic. Lego, legebam, legi, legeram, legam.

Imperativus caret prima ſingulari.

Potentialis, Legam, legerem, legerim, legiſſem legero.

Infinitivus non habet perſonas, tempora autem ejus ſunt, legere, legiſſe, lectum, eſſe.

Q. Recita terminationes uniuſcujuſque temporis tertiæ Conjugationis in voce Activâ per omnes modos.

R. Indicat. Præſ. *o, is, it; imus, itis, unt.*
Imperfect. *ebam, ebas, ebat; ebamus, ebatis, ebant.*
Perf. *i, iſti, it; imus, iſtis, erunt* vel *êre.*
Pluſquamperf. *eram, eras, erat; eramus, eratis, erant.*
Futur. *am, es, et; emus, etis, ent.*
Imperat. præſ. *e, ito; ite, ito; amus, ite, itote; ant, unto.*
Potent. præſ. *am, as, at; amus, atis, ant.*
Imperfect. *erem, eres, eret; eremus, eretis, erent.*
Perfect. *erim, eris, erit; erimus, eritis, erint.*
Pluſquamperf. *iſſem, iſſes, iſſet; iſſemus, iſſetis, iſſent.*
Futur. *Ero, eris, erit, erimus, eritis erint.*
Infinit. Præſens. & Imperfect. *ere.* Perfect. & Pluſquamperf. *iſſe.* Fut. *urum eſſe.*

Quomodo verba in OR, tertiæ Conjugationis variantur?

R. Sicut Legor.

Q. Inflecte Legor?

R. Legor, legeris, vel legere, lectus ſum vel fui, legi.

Q. Quomodo formatur Legor in prima perſonâ ſingulari per omnes Modos & Tempora?

R. Legor, legebar, lectus ſum vel fui, lectus eram vel fueram, legar.

Imperativus caret primâ ſingulari.

Potent. *Legar, legerer, lectus ſim* vel *fuerim, lectus eſſem* vel *fuiſſem, lectus ero vel fuero*

Infinitivus non habet perſonas, ejus autem tempora ſunt, *Legi, lectum eſſe* vel *fuiſſe, lectum iri* vel *legendum eſſe.*

Q. Recita

Q. *Recita terminationes uniuſcujuſque temporis tertiæ conjugationis in voce Paſſivâ per omnes modos?*

R. Indic. Præſ. *Or, eris vel ere, itur, imur, imini, untur;*
Imperf. *Ebar, ebaris vel ebare, ebatur; ebamur, ebamini, ebantur.*
Perf. *us ſum vel fui; us es* vel *fuiſti, us eſt* vel *fuit, i ſumus* vel *fuimus, i eſtis vel fuiſtis, i ſunt, fuerunt* vel *fuere.*
Pluſquamperf. *us eram* vel *fueram, us eras* vel *fueras, us erat* vel *fuerat; i eramus* vel *fueramus, i eratis* vel *fueratis, i erant* vel *fuerant.*
Fut. *Ar, eris* vel *ere, etur; emur, emini, entur.*
Imperat. præſ. *ere, itor; atur, itor; amur, imini, iminor, antur untor.*
Potent. præſ. *ar, aris,* vel *are, atur, amur, amini, antur.*
Imperf. *erer, ereris* vel *erere, eretur; eremur, eremini, erentur.*
Perf. *us ſim* vel *fuerim, us ſis* vel *fueris, us ſit,* vel *fuerit; i ſimus* vel *fuerimus, i ſitis vel fueritis, i ſint* vel *fuerint.*
Pluſquamperf. *us eram* vel *fueram, us eras* vel *fueras, us erat* vel *fuerat; i eramus* vel *fueramus, i eratis* vel *fueratis, i erant* vel fuerant.
Futur. *us ero* vel *fuero, us eris* vel *fueris; us erit* vel *fuerit; i erimus* vel *fuerimus, i eritis* vel *fueritis, i erunt* vel *fuerint.*
Infinit. Præſ. *i* præterperf. & Pluſquamperf. *us eſſe* vel *fuiſſe,* Fut. *um. iri* vel *endum eſſe.*

Cap. XXVIII.

De formâ quartæ Conjugationis.

Q. *Quomodo verba in O quartæ Conjugationis variantur?*

R. Scut audio.

Q. *Inflecte Audio?*

R. Audio, audis, audivi, audire, auditum.

Q. *Quomodo formatur* Audio *in primâ perſonâ ſingulari per omnes modos & Tempora?*

R. Indic. *Audio*, audiebam, audivi, audiveram, audiam.

Imperativus caret primâ ſingulari.

Potent. *Audiam*, audirem, audiverim, audiviſſem, audivero.

Infinitivus non habet perſonas, ejus autem tempora ſunt; audire, audivi ſſe. auditurum eſſe.

Q. *Recita terminationes uniuſcujuſque temporis quartæ conjugationis in voce activâ per omnes Modos?*

R. Indic. Præſ. *Io*, is, it; imus, itis, iunt.

Imperf. *Iebam*, iebas, iebat; iebamus, iebatis, iebant.

Perf. *Ivi*, iviſti, ivit; ivimus, iviſtis, iverunt vel ivere.

Pluſquamperf. *Iveram*, iveras, iverat; iveramus, iveratis, iverant.

Futur. *Iam*, ies, iet; iemus, ietis, ient.

Imperat. Præſ. *I*, ito, iat, ito, iamus; ite, itote, iant, iunto.

Potent. Præſ. iam, ias, iat; iamus, iatis, iant.

Imperf. *Irem*, ires, iret, iremus, iretis, irent.

Perf.

Perf. *Iverim*, iveris, iverit; iverimus, iveritis, iverint.

Pluſquamperf. *Iviſſem*, iviſſes, iviſſet, iviſſemus, iviſſetis, iviſſent.

Fut. *Ivero*, iveris, iverit; iverimus, iveritis, iverint.

Infinit. Præſ. & Imperf. *ire*, Perf. & Pluſquam perf. iviſſe.

Fut. itum eſſe.

Q. *Quomodo verba in* OR *quartæ Conjugationis variantur?*

R. Sicut Audior.

Q. *Inflecte Audior?*

R. *Audior*, audiris vel audire, auditus ſum vel fui, audiri.

Q. *Quomodo formatur* Audior *in prima perſona ſingulari per omnes modos & Tempora?*

R. Indic. Præſ. *Audior*, audiebar, auditus ſum vel fui, auditus eram vel fueram, audiar.

Imperativus caret prima ſingulari.

Potent. *Audiar*, audirer, auditus ſim vel fuerim, auditus eſſem vel fuiſſem, auditus ero vel fuero.

Infinitivus non habet perſonas ejus autem tempora ſunt; audire, audiviſſe, auditum eſſe.

Q. *Recita terminationes uniuſcujuſque temporis quartæ Conjugationis in voce Paſſiva per omnes modos.*

Indic. Præſ. *tor*, iris vel ire, itur; imur, imini, iuntur.

Imperf. *iebar*, iebaris vel iebare, iebatur; iebamur iebamini, iebantur.

Perf. *Itus* ſum vel fui, itus es vel fuiſti, itus eſt vel fuit; iti ſumus vel fuimus, iti eſtis vel fuiſtis, iti ſunt fuerunt vel fuere.

Pluſquam perf. *Itus* eram vel fueram, itus eras vel fueras, itus erat vel fuerat, iti eramus vel fueramus, iti eratis vel fueratis, iti erant vel fuerant.

Fut. *iar, ieris* vel *iere, ietur; iemur, iemini, ientur.*

Imperat. præſ. *ire, itor; iatur, itor; iamur, imini, iminor, iantur, iuntor.*

Potent. præſ. *iar, iaris, vel iare, iatur; iamur, iammi, iantur.*

Imperf. *iver, iveris, vel irere, iretur; iremur, iremini, irentur.*

Perf. *itus ſim vel fuerim, itus ſis vel fueris, itus ſit vel fuerit, iti ſimus vel fuerimus, iti ſitis vel fueritis, iti ſint vel fuerint.*

Pluſquamperf. *itus eſſem vel fuiſſem, itus eſſes vel fuiſſes, itus eſſet, vel fuiſſet; iti eſſemus vel fuiſſemus, iti eſſetis vel fuiſſetis, iti eſſent vel fuiſſent.*

Futur. *itus ero vel fuero, itus eris vel fueris, itus erit vel fuerit; iti erimus vel fuerimus, iti eritis vel fueritis; iti erunt vel fuerint.*

Infin. Præſ. & Imperf. *iri*: Perf & Pluſquamperf. *itum eſſe vel fuiſſe*, Fut. *itum iri vel iendum eſſe.*

As

As in Præsenti;
SIVE
Gulielmi Lilii
Regulæ de Præteritis & Supinis verborum.

CAP. XXIX.

De Præteritis verborum Simplicium.

Quæst.

Quomodo As *in præsenti primâ Conjugatione format Præteritum?*

R. In *avi*, ut no, nas, navi, vocito, vocitas, vocitavi.

Q. *Quænam autem verba excipiuntur?*

R. Lavo quod format lavi; juvo, juvi; nexo, nexui; seco, secui; neco, necui; mico, micui

cui, plico, plicui, frico, fricui, domo, domui, tono, tonui, ſono, ſonui, crepo, crepui, veto, vetui, cubo, cubui, do, das, dedi, & ſto, ſtas, ſteti.

Q. Quomodo es *in præſenti ſecundæ conjugationis format Præteritum?*

R. In *üi*, ut nigreo, nigres, nigrüi.

Q. Quænam excipiuntur?

R. Jubeo quod habet juſſi; ſorbeo, ſorbui & ſorpſi, mulceo, mulſi; luceo, luxi; ſedeo, ſedi; video, vidi, prandeo, prandi; ſtrideo, ſtridi; ſuadeo, ſuaſi; rideo, riſi, & ardeo arſi.

Q. In quibus verbis ſecundæ conjugationis geminatur ſyllaba prima?

R. In his quatuor. *viz.* Pendeo, pependi; mordeo momordi; ſpondeo, ſpoſpondi; tondeo, totondi.

Q. Quid ſi l *vel* r *ſtet ante* geo?

R. Geo vertitur in *ſi*, ut, urgeo, urſi; mulgeo, mulſi & mulxi.

Q. Quæ autem verba in geo *formant* xi?

R. Frigeo, frixi; lugeo, luxi; & augeo, auxi.

Q. Quæ verba diſſyllaba præteritum ſuum in vi *formant?*

R. Fleo, flevi; leo, levi, deleo, delevi; pleo, plevi; & neo, nevi.

Q. Quæ verba triſſyllaba præteritum ſuum in ſi *formant?*

R. Maneo, manſi, torqueo, torſi, & hæreo, hæſi.

Q. Quomodo verba in veo *formant præteritum?*

R. In vi, ut, ferveo, fervi.

Q. Quid autem niveo, & inde ſatum conniveo poſcit?

R. Nivi & nixi.

Q. Quænam verba formant vi?

R. Cieo, civi, & vieo, vievi.

Q. Quomodo

Q. *Quomodo tertia Conjugatio Præteritum formabit?*

R. Mutando terminationem primæ perſonæ Præſentis.

Q. *Quid ſit bo?*

R. *Bo* ſit *bi*, ut lambo lambi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Scribo, ſcripſi, nubo, nupſi, cumbo cubui.

Q. *Quid ſit* Co?

R. *Co* ſit *ci*; ut Vinco vici.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Parco, peperci & parſi, dico, dixi, duco, duxi.

Q. *Quid ſit* Do?

R. *Do* ſit *di*; ut, mando, mandi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Sindo, ſcidi, findo, fidi, fundo, fudi, tundo, tutudi; pendo, pependi, tendo, tetendi, pedo, pepedi, cado cecidi, cædo, cecidi, cedo, ceſſi, item vado, rado, lædo, ludo divido, trudo, claudo, plaudo, rodo, quæ ſemper ex *do* faciunt *ſi*.

Q. *Quid ſit* Go?

R. *Go* ſit *xi*, ut, jungo, junxi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Quæ habent *r* ante *go* faciunt ſi; ut ſpargo, ſparſi, lego facit legi; ago egi; tango, tetigi; pungo, punxi, & pupugi; frango fregi, pango, pepigi, pegi, & panxi.

Q. *Quid ſit* ho?

R. *Ho* ſit *xi*; ut, traho, traxi; & veho, vexi.

Q. *Quid* Lo?

R. *Lo* ſit *ui*, ut, colo, colui.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Pſallo,

R. Pſallo, pſalli & ſallo, ſalli; vello, velli & vulſi; fallo, fefelli; cello, ceculi, & pello, pepuli.

Q. *Quid fit mo?*

R. *Mo* fit *ui*; ut, Vomo, vomui.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Emo, emi; como, compſi; promo, prompſi; demo, dempſi; ſumo, ſumpſi, & premo, preſſi.

Q. *Quid fit* No?

R. *No* fit *vi*; ut, ſino, ſivi; temno, tempſi; ſterno, ſtravi; ſperno, ſprevi; lino, levi, lini & livi; cerno, crevi; gigno, genui; pono, poſui, & cano, cecini.

Q. *Quid fit* Po?

R. Po *fit* pſi; ut, ſcalpo, ſcalpſi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Rumpo, rupi; ſtrepo, ſtrepui; & crepo, crepui.

Q. Quid *fit* Quo?

R. *Quo* fit *qui*; ut, linquo, liqui.

Q. *Quod verbum excipitur?*

R. Coquo, coxi.

Q. *Quid fit Ro?*

R. *Ro* fit *vi*; ut ſero, ſevi pro planto, quod mutans ſignificatum dat ſerüi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Verro, verri et verſi; uro, uſſi; gero, geſſi; quæro, quæſivi; tero, trivi; curro, cucurri.

Q. *Quid formabit* So?

R. *So* formabit *ſivi*; ut, accerſo, accerſivi; arceſſo, arceſſivi; inceſſo, inceſſivi; laceſſo, laceſſivi:

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Capeſſo, capeſsi, et capeſsivi; faceſſo, faceſsi; viſo, viſi, et pinſo, pinſui.

Q. *Quid fit* Sco.

R. *Sco* fit *vi*; ut, paſco, pavi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Poſco, popoſci; diſco, didici; quiniſco, quexi.

Q. *Quid fit* To?

R. To

R. *To* fit *ti*; ut, verto, verti.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Sisto, stiti; mitto, misi; peto, petivi; sterto, stertui; meto, messui.

Q. *Quid si ab ecto?*

R. Ab *ecto* fit *exi*; ut, Flecto, flexi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Pecto, pexui et pexi; necto, nexui et nexi.

Q. *Quid fit* Vo?

R. *Vo* fit *vi*; ut, volvo, volvi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Vivo, vixi; nexo, nexui; & texo, texui.

Q. *Quid fit* Cio?

R. Fit *Cio, ci*; ut, Facio, feci; jacio, jeci.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Lacio, lexi, et specio, spexi.

Q. *Quid fit* Dio?

R. Fit *Dio, di*, ut Fodio, fodi.

Q. *Quid fit* Gio?

R. Fit *Gio, gi*, ut, Fugio, fugi.

Q. *Quid fit* Pio?

R. Fit *Pio, pi*; ut Capio, cepi.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Cupio, cupivi; rapio, rapui; sapio, sapui atque sapivi.

Q. *Quid fit* Rio?

R. Fit *Rio, vi*, ut pario, peperi.

Q. *Quid fit* Tio?

R. Fit *Tio, ssi*; ut, quatio, quassi.

Q. *Quid fit* Uo?

R. *Vo* fit *ui*, ut, statuo, statui.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Pluo, plui et pluvi; struo, struxi; et fluo, fluxi.

Q. *In quarta conjugatione quid* is *formant?*
R. *Ivi*, ut, ſcio, ſcis, ſcivi.
Q. *Quæ verba excipiuntur?*
R. Venio dans veni, cambio, campſi, raucio, rauſi, farcio, farſi ſarcio, ſarſi, ſepio, ſepſi, ſentio, ſenſi, fulcio, fulſi, haurio, hauſi, ſancio, ſanxi, vincio, vinxi, ſalio, ſalui, & amicio, amicui.

CAP. XXX.

DeCompoſitorum verborum Præteritis.

Q. *Quod præteritum dat verbum compoſitum?*
R. Idem quod ſimplex, ut doceo, docui, edoceo edocui.
Q. *Quot exceptiones admittit hæc regula?*
R. Sedecim.
Q. *Quænam eſt prima?*
R. Syllaba quam ſimplex geminat, non geminatur compoſito.
Q. *Quæ vero compoſita primam geminant?*
R. Præcurro, excurro, repungo; do, diſco, ſto, & poſco.
Q. *Quænam eſt ſecunda exceptio?*
R. Compoſitum à *Plico* cum ſub; (ut, ſupplico) vel nomine (ut: multiplico) formabit plicavi: ſed applico complico, replico & explico formabunt *ui* vel *avi*.

Q. Quæ-

Q. *Quænam eſt exceptio tertia*

R. Quamvis *oleo* vult olui, tamen ejus compoſitum vult olevi.

Q. *Quæ verò compoſita ab oleo formam ſimplicis verbi ſequuntur?*

R. Redoleo, & ſuboleo?

Q. *Quænam eſt exceptio quarta?*

R. Omnia compoſita à *Pungo* formabunt punxi, tantum repungo formant repupugi et repunxi.

Q. *Quænam eſt exceptio quinta?*

R. Natum a *do*, quando eſt inflexio tertia, format didi: ut, addo, credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo, obdo, condo, indo, trado, prodo, vendo, et natum à ſto habet ſtiti.

Q. *Quænam eſt exceptio ſexta?*

R. Si verba hæc ſimplicia componantur, vocalem primam præſentis præteritique in *e* mutant, *viz.* damno, lacto, ſacro, fallo, arceo, tracto, fatiſco, partio, carpo, patro, ſcando, ſpargo, et pario, cujus nata comperio et reperio dant peri, cætera, velut, aperio, et operio dant perüi.

Q. *Quænam eſt exceptio ſeptima?*

R. Compeſco et diſpeſco compoſita a paſco, pavi, habent peſcui, cætera vero uſum ſimplicis ſervant, ut, epaſco.

Q. *Quænam eſt exceptio octava?*

R. Si hæc verba componantur, vocalem primam in *i* mutant, tam in præſenti, quam in præterito, *viz.* habeo, lateo, ſalio, ſtatuo, cado, lædo, pango pegi, cano, quæro, cædo cecidi, tango, egeo, teneo, taceo, ſapio, rapio, ut, rapio repui, eripio, eripui, ſed natum à cano dat præteritum per üi, ut, concino, concinnüi.

Q. *Quænam eſt exceptio nona.*

R. Com-

R. Compoſita à placeò primam vocalem in *i* mutant; ut, diſpliceo; ſed complaceo, et perplaceo a ſervant.

Q. *Quænam eſt exceptio decima?*

R. Iſta quatuor compoſita à pango retinent *a*; *viz.* depango, oppango, circumpango, et repango.

Q. *Quænam eſt exceptio undecima?*

R. Quatuor iſta compoſita à maneo, manſi, dant minui; *viz.* Præmineo, emineo, promineo, et immineo. Cætera verò ſimplicis formam ſervant.

Q. *Quænam eſt exceptio duodecima?*

R. Compoſita à ſcalpo, calco, falco mutant *a* per *u*; ut exſculpo, inculco, reſulco.

Q. *Quænam eſt exceptio decima tertia?*

R. Compoſita à claudo, quatio, et lavo, rejiciunt *a*; ut, à claudo, occludo, excludo; à quatio, percutio, excutio; et à lavo, proluo, diluo.

Q. *Quænam eſt exceptio decima quarta?*

R. Si componas hæc verba, vocalem primam præſentis in *i* mutant; ſed non præteriti: *viz.* Ago, emo, ſedeo, rego, frango, capio, jacio, lacio, ſpecio, premo; ut, à frango fit refringo, refregi; à capio, incipio, incepi.

Q. *Quænam hic ſunt notanda?*

R. Perago et ſatago, ab ago, quæ ſuum ſimplex ſequuntur: Item, dego, et cogo quæ formant degi, et coëgi. Sic Pergo et ſurgo à rego, quæ formant perrexi, et ſurrexi, mediâ præſentis ſyllabâ ademptâ.

Q. *Quænam eſt exceptio decima quinta?*

R. Facio nil variat niſi præpoſitione præeunte; ut, inficio, nam olfacio, et calfacio nihil variant.

Q. *Quænam*

Q. Quænam eſt exceptio decima ſexta?

R. Compoſita à lego mutant primam vocalem in *i*, niſi re, ſe, per, præ, ſub, vel trans præcedant; de quibus intelligo, diligo, negligo præteritum lexi faciunt, reliqua autem omnia legi

---

CAP. XXXI.

De Verborum ſimplicium Supinis.

Q. Quomodo diſcam formare ſupinum?

R. Ex præterito.

Q. Quid bi *ſibi format?*

R. Bi format *tum*; ut, bibi, bibitum.

Q. Quid fit ci?

R. Ci fit *ctum*; ut, vici, victum; ici; ictum; feci, factum, & jeci, jactum.

Q. Quid fit Di?

R. Di fit *ſum*; ut vidi, viſum.

Q. Quænam geminant ſi?

R. Pandi, paſſum; ſedi, ſeſſum; ſcidi, ſciſſum; fidi, fiſſum & fodi, foſſum.

Q. Quid autem hic advertendum?

R. Quod ſyllaba prima, quam vult præteritum geminari, non geminatur ſupinis; ut, totondi, tonſum; cecídi, cæſum; cécidi, caſum; tetendi, tenſum, & tentum; tutudi, tunſum; pepédi, peditum, dedi vero datum vult.

Q. Quid fit Gi?

R. Gi

R. Gi fit *ctum*; ut legi, lectum, pegi & pepigi, pactum; fregi, fractum; tetigi, tactum; egi, actum; pupugi, punctum; sed fugi fugitum dat.

Q. Quid fit Li.

R. Li fit *sum*; ut, salli, salsum; pepuli, pulsum; ceculi, culsum; tefelli, falsum; velli, vulsum; sed tuli habet latum.

Q. Quid fiunt Mi, Ni, Pi, & Qui?

R. Tum, ut, emi emptum; veni, ventum; cano, cecini, cantum; capio, cepi, captum; cæpio, cepi, cæptum, rumpo, rupi, ruptum; linquo, liqui, lictum.

Q. Quid fit Ri?

R. Ri fit *sum*; ut verri, versum.

Q. Quod verbum excipiuur?

R. Peperi, partum.

Q. Quid fit si?

R. *Si* fit *sum*; ut visi, visum; misi, missum.

Q. Quænam excipiuntur?

R. Fulsi, fultum; hausi, haustum; farsi, fartum; farsi, fartum; ussi, ustum; gessi, gestum; torsi, tortum & torsum; indulsi, indultum & indulsum.

Q. Quid fit Psi?

R. *Psi* fit *tum*; ut, scripsi, scriptum.

Q. Quod verbum excipitur?

R. Campsi. campsum.

Q. Quid fit Ti?

R. *Ti* fit *tum*; ut, sto, steti, statum; fisto, stiti, statum.

Q. Quod verbum excipitur?

R. Verti, versum.

Q. Quid fit vi?

R. *Vi* fit *tum*, ut, flavi, flatum.

Q. Quænam excipiuntur?

R. Pavi, pastum; lavi, lotum, lautum, & lavatum; potavi, potum, & poratum; favi, fautum; cavi, cautum sevi satum; livi, litum; solvi, solutum, volvi, volutum

tum; ſingultivi, ſingultum; venivi, venum, ſepelivi, ſepultum.

Q. *Quid dat præteritum in ui?*

R. Quod dat *ui*, dat *itum*, ut, domui, domitum.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Verba in *uo*, quæ formant *ui* in *utum*, ut, exuo, exutum, niſi quod ruo ruitum dat, item ſecui, ſectum, necui, nectum, fricui, frictum, miſcui, miſtum, amicui, amictum, torrui, toſtum, docui, doctum, tenui, tentum, conſuiui, conſultum, alui, altum, & alitum, ſalui, ſaltum, colui, cultum, occului, occultum, pinſui, piſtum, rapui raptum, ſerui ſertum, texui, textum.

Q. *Quæ vero mutant* ui *in* ſum?

R. Cenſeo, cenſum, cellui, celſum, meto, meſſui, meſſum, nexui, nexum, pexui, pexum, parui, paſſum, carui, caſſum, & caritum.

Q. *Quid fit Xi?*

R. *Xi* fit *ctum*, ut, vinxi, vinctum.

Q. *Quæ verò abijciunt* n?

R. Hæc quinque, fi xi, fictum, minxi, mictum, pinxi pictum, ſtrinxi, ſtrictum, rinxi, rictum.

Q. *Quænam autem dant* xum?

R. Flexi, flexum, plexi, plexum, fixi, fixum, & fluo, is fluxi, fluxum.

Cap

Cap. XXXII.

De Compositorum Verborum Supinis; & De Præteritis Verborum in *OR*.

Q. *Quomodo unumquodque compositum supinum formatur?*

R. Ut simplex.

Q. *Num eadem syllaba semper utrique stat?*

R. Non. composita enim à cunsum fiunt tusum; à rultum rutum, à saltum sultum, & à satum, situm.

Q. *Quæ verba composita mutant* a *per* e?

R. Hæc, captum, factum, jactum, raptum, cantum, partum, sparsum, carptum, & fartum.

Q. *Quid facit verbum edo compositum?*

R. Non estum, sed esum; sed comedo formabit utrunque.

Q. *A* noſco *quænam habentur?*

R. Cognitum, & agnitum; cætera verò dant notum; et noſcitum non est in usu.

Q. *Unde verba in* OR *admittunt Præteritum?*

R. Ex posteriore Supino verso *u* per *m* & consociato *sum* vel *fui*; ut, à lectu lectus sum vel fui.

Q. *At horum quodnam est notandum?*

R. Deponen

R. Deponens, & commune; nam labor dat lapſus; patior dat paſſus, & ejus nata, ut compatior compaſſus, perperior autem perpeſſus, fateor dat faſſus, & ejus nata, ut confiteor confeſſus, diffiteor defeſſus, gradior dat greſſus, & ejus nata, digredior digreſſus, fatiſcor feſſus ſum; metior menſus ſum, utor uſus ſum; ordior pro texto orditus ſum, pro incepto orſus ſum; nitor niſus vel nixus ſum; ulciſcor ultus ſum, iraſcor iratus, reor ratus, obliviſcor oblitus, fruor fructus vel fruitus, miſereor miſertus; tuor & tueor tuitus ſum; loquor loquutus; ſequor ſequutus, experior expertus, paciſcor pactus, nanciſcor nactus; apiſcor aptus, adipiſcor adeptus; queror queſtus; proficiſcor profectus, expergiſcor experrectus, comminiſcor commentus; naſcor natus, morior mortuus; atque orior ortus ſum.

CAP. XXXIII.

De verbis quibuſdam Anomalis.

Q. *QUænam habent Præteritum activa & Paſſiva vocis?*

R. Cœno cœnavi & cœnatus ſum; juro juravi & juratus ſum, poto potavi & potus, titubo titubavi vel titubatus, careo, carui et caſſus ſum, prandeo prandi

& pranſus ſum ; pateo, patui et paſſus ſum ; placeo, placui et placitus ſum : ſueſco, ſuevi et ſuetus ſum ; veneo, venivi, venditus ſum ; Nubo, nupſi, nupta ſum : Mereor, meritus ſum vel merui ; libet, libuit et libitum eſt ; licet, licuit, licitum eſt : Tædet, tæduit, et pertæſum eſt ; pudet puduit et puditum eſt, piget, piguit et pigitum eſt.

Q. *Quomodo neutra Paſſiva præteritum formant ?*

R. Sic, gaudeo, gaviſus ſum ; fido, fiſus ſum ; audeo, auſus ſum : fio, factus ſum ; ſoleo, ſolitus ſum : et mœreo, mœſtus ſum.

Q. *Quænam verba accipiunt præteritum aliunde ?*

R. Inceptivum in *ſco*, ſtans pro primario, ejuſdem præteritum adoptat ; ut, tepeſco, tepui à tepeo ; ferveſco, fervi, à ferveo. Item cerno vult vidi à video ; quatio, concuſſi à concutio, et ferio percuſſi à percutio ; meio, minxi à mingo, fido, ſedi à ſedeo, tollo, ſuſtuli à ſuffero ; ſum, fui à fuo, fero, tuli à tulo, ſiſto, ſteti à ſto, furo, inſanivi ab inſanio, veſcor, paſtus ſum à paſcor, medeor, medicatus ſum à medicor ; liquor, liquefactus ſum, à liquefio ; et reminiſcor, recordatus ſum, à recordor.

Q. *Quænam verba præteritum fugiunt ?*

R. Vergo, ambigo, gliſco, fatiſco, polleo, nideo. Item inceptiva, ut pueraſco : paſſiva, quorum Activa ſupinis carent, ut, metuor, timeor. Omnia meditiva, præter parturio, et eſurio.

Q. *Quænam verba rarò aut nunquam ſupina retinent ?*

R. Lambo, mico, rudo, ſcabo, parco, diſpeſco, poſco, diſco, compeſco, quiniſco, dego, ango, ſugo, lingo, ningo, ſarago, pſallo, volo, nolo, malo, tremo, ſtrideo, ſtrido, flaveo, liveo, aveo, paveo, conniveo, ferveo. Compoſita à nuo, ut renuo, à cado, ut incido, præter occido, occaſum, et, recido, recaſum,

Item

Item respuo, linquo, luo, metuo, cluo, frigeo, calvo, sterto, timeo, luceo, areeo, cujus composita habent ercitum; composita à gruo ut ingruo, & quæcunque neutra secundæ formantur in *üi*.

Q. *Quænam autem neutra in* üi *gaudent supinis?*

R. Oleo, doleo, placeo, taceo, pareo, careo, noceo, pateo, lateo, valeo, & caleo.

CAP. XXXIV.

De verbis quæ deficiunt certis modis & Temporibus.

Q. *Quæ verba dicuntur defectiva?*

R. Quæ certis modis & Temporibus deficiunt.

Q. *Quænam ista sunt?*

R. Aio, ausim, duim, salve, ave, cedo, faxo, forem, quæso, infit, defit, confieri, inquam, odi, cepi, & memini.

Q. *Quænam hisce annumerari solent propter aliquem defectum, sive irregularitatem?*

R. Dor, for, scio, orior, morior, volo, nolo, malo, fero, feror, edo, eo, queo, & sum cum compositis.

Cap. XXXV.

De Formatione quorundum verborum irregularium.

Q. *Quomodo formatur volo?*

R. Indic. Volo, volebam, volui, volueram, volam.

Imperativo caret.

Potentialis. Velim, vellem, voluerim, voluissem, voluero.

Infinit. velle, voluisse.

Q. *Quomodo formatur* Nolo?

R. Indic. Nolo, nolebam, nolui, nolueram, nolam.

Imperativus caret prima persona.

Potentialis Nolim, nollem, noluerim, noluissem, noluero.

Infinit. Nolle, noluisse.

Q. *Quomodo formatur* Malo?

R. Indic. Malo, malebam, malui, malueram, malam.

Imperativo caret.

Potentialis Malim, mallem, maluerim, maluissem, maluero.

Infinit. malle, maluisse.

Q. *Quomodo formatur* Fero?

R. Indicat. Fero, ferebam, tuli, tuleram, feram.

Imperativus caret primâ singulari.

Potent. Feram, ferrem, tulerim, tuliſſem, tulero.

Infinit. Ferre, tuliſſe.

Q. Quo

Q. *Quomodo formatur* Feror

R. Indic. Feror, ferebar, latus sum vel fui, latus eram vel fueram, ferar.

Imperativus caret prima singulari.

Potentialis, Ferar, ferrer, latus sim vel fuerim, latus essem vel fuissem, latus ero vel fuero.

Infinit. Ferri, latum esse vel fuisse, latum iri vel ferendum esse.

Q. *Quomodo formatur* Edo?

R. Indic. Edo, edebam, edi, ederam, edam.

Imperativus caret prima singulari.

Potentialis, Edam, ederem vel essem, ederim, edissem, edero.

Infinit. edere vel esse, edisse, esurum esse.

Q. *Quomodo formatur* Fio?

R. Fio, fiebam, factus sum vel fui, factus eram vel fueram, fiam.

Imperativus caret prima singulari.

Potentialis, Fiem, fierem, factus sim vel fuerim, factus essem vel fuissem, factus ero vel fuero.

Infinit. Fieri, factum esse vel fuisse, factum iri vel faciendum esse.

Q. *Quomodo* eo *formatur*?

R. Indic. Eo, ibam, ivi, iveram, ibo.

Imperativus caret prima singulari.

Potent. Eam, irem, iverim, iviſſem ivero.

Infinit. Ire, iviſſe, itum esse.

Cap. XXXVI.

De Formatione verbi *Sum*.

Q. *Quam rationem conjugandi* Sum *postulat?*

R. Sibi peculiarem.

Q. *Quomodo ergo formatur* Sum?

R. Indicat. Sum, eram, fui, fueram, ero.
Imperativus caret prima persona.
Potentialis Sim, essem, fuerim, fuissem, fuero.
Infinit. esse, fuisse, futurum esse.

Q. *Quomodo formatur* Possum?

R. Indic. Possum, poteram, potui, potueram, potero.
Imperat. caret prima singulari.
Potent. Possim, possem, potuerim, potuissem, potuero.
Infinit. Posse, potuisse.

Cap. XXXVII.

De Impersonalibus & Derivativis.

Q. *Quomodo Impersonalia conjugantur?*

R. Indic. In tertia persona singulari per omnes modos & tempora.

Q. *Quotuplicia sunt impersonalia?*

R. Duplicia

R. Duplicia; activæ vocis; quæ in *t* desinunt; ut, decet, decebat, *&c.* et passivæ, quæ in *tur* desinunt; ut studetur, studebatur, *&c.*

Q. *Quibus plerunque carent impersonalia?*

R. Gerundiis, Supinis, et participiis.

Q. *Quomodo participia, per quæ Præterita circumloquimur, ponuntur?*

R. Substantive in neutro genere.

Q. *Quot sunt Impersonalia activæ vocis quæ semper fere talia manent?*

R. Hæc undecim conjugationis secundæ; *viz.* Decet, libet, licet, liquet (cujus non extat præteritum) lubet, miseret, oportet, pœnitet, piget, pudet, tædet.

Q. *Quænam personalia his accensentur?*

R. Quæ absolute inveniuntur in tertia persona absque nominativo, sequente mox infinitivo.

Q. *Quæ sunt ejusmodi in conjugatione prima?*

R. Delectat, juvat, præstat, restat, stat, constat, vacat.

Q. *Quæ sunt in Conjugatione secunda?*

R. Apparet, attinet, debet, patet, placet, solet.

Q. *Quæ sunt in Conjugatione tertia?*

R. Accidit, cepit, conducit, contingit, desinit, incipit, sufficit.

Q. *Quæ sunt in Conjugatione quarta?*

R. Convenit, evenit, expedit.

Q. *Quæ sunt inter anomala?*

R. Est, interest, prodest, potest, fit et refert.

Q. *Quæ verba ad impersonalium naturam quodammodo accedunt?*

R. Verba exemptæ potestatis, *viz.* actionem significantia non humanæ potestatis; ut, Fulgurat, pluit, lucescit.

Q. *Quot sunt impersonalia passivæ vocis?*

R. Ista certum numerum non habent, quia fiunt ab omnibus verbis Activis, et quibusdam neutris, ut legitur, curritur.

Q. *Num ullum Verbum personale formam impersonalis potest induere?*

R. Ita; atque nonnulla etiam Impersonalia remigrant aliquando in personalia.

Q. *Quomodo verbum impersonale, pro singulis personis utriusque numeri indifferenter accipi potest?*

R. Ex vi adjuncti obliqui, oportet me, oportet te, oportet illum, oportet nos, oportet vos, oportet illos.

Q. *Num derivativa usurpantur pro ipsis Primitivis?*

R. Ita, sæpissime; ut, timesco pro timeo; hisco pro hio.

Q. *Quot sunt genera derivativorum?*

R. Quinque; inchoativa, frequentativa, desiderativa, diminutiva & imitativa.

Q. *Quæ sunt inchoativa sive Augmentativa?*

R. Quæ inchoationem aut augmentationem significant, & in *sco* desinunt; ut, Luceſco, ardeſco.

Q. *Quæ sunt Frequentativa?*

R. Quæ assiduitatem quandam, vel conatum significant, & in *to*, *so*, *xo*, aut *tor* desinunt; ut, visito, viso, nexo, sector.

Q. *Quæ sunt desiderativa, sive meditativa?*

R. Quæ appetentiam quandam aut studium significant; & desinunt in *urio*; ut, lecturio, cœnaturio.

Q. *Quæ sunt diminutiva?*

R. Quæ diminutionem sui Primitivi significant, & desinunt in *lo*, vel *sso*; ut, Sorbillo, pitisso.

Q. *Quæ sunt Imitativa?*

R. Quæ imitationem significant, & desinunt in *isso*, aut *or*; ut, patrisso, vulpinor.

Q. *Quænam huc etiam pertinent?*

R. Apparativa, et Denominativa.

Q. *Quæ sunt Apparativa?*

R. Quæ apparatum significant, et in *co* desinunt, ut vellico, fodico.

Q. Quæ

Q. *Quæ sunt Denominativa?*

R. Quæ à nominibus veniunt, et propriam appellationem non habent; ut, lignor, rusticor.

Cap. XXXVIII.

De Participio:

Q. *Quid est participium?*

R. Participium est pars orationis à verbo derivata, tam à nomine, quam à verbo partem capiens; ut, Amans.

Q. *Quid habet Participium à Nomine?*

R. Genera, casus, et Declinationem.

Q. *Quid habet à verbo?*

R. Tempora, et significationem.

Q. *Quid autem ab utroque?*

R. Numerum, et Figuram.

Q. *Quot sunt species Participiorum, secundùm tempus.*

R. Quatuor, *viz.* Participium Præsentis, Præteriti, Futuri in *rus* et Futuri in *Dus*.

Q. *Quid est Participium Præsentis?*

R. Quod habet significationem præsentis, et desinit in *ans, ens*, aut *iens*; ut Amans, Docens, Legens, Audiens.

Q. *Num*

Q. *Num* iens *ab eo legitur* ?

R. Rarò legitur in Nominativo, ſed euntis, *&c.* in obliquis : Compoſita verò ejus habent Nominativum in iens, & Genitivum in euntis, præter Ambiens, ambientis.

Q. *Quid eſt Participium Præteriti* ?

R. Quod ſignificat tempus præteritum, & deſinit in *tus*, *ſus*, aut *xus* ; ut, Amatus, viſus, nexus, et unicum in *uus*, ut, mortuus.

Q. *Quid eſt Participium Futuri in Rus* ?

R. Quod habet ſignificationem præſentis ſui Activi ; ut, Amaturus.

Q. *Quid eſt Participium Futuri in* Dus ?

R. Quod habet ſignificationem Infinitivi ſui Paſſivi ; ut Amandus.

Q. *Unde formatur Participium Præſens* ?

R. Ab imperfecto mutando ultimam ſyllabam in *ns* ; ut, ab amabam, amans.

Q. *Unde formatur Participium Præteriti* ?

R. A poſteriore ſupino, addendo *s* ; ut, ab amatu, amatus.

Q. *Unde formatur Participium Futuri in* Rus ?

R. A poſteriore ſupino, addendo *rus* ; ut, ab amatu, amaturus.

Q. *Unde formatur Participium Futuri in* Dus ?

R. A genitivo Participii præſentis mutando *tis* in *dus* ; ut, amantis, amandus.

Q. *Quænam Participia præter Analogiam à verbis ſuis deducuntur* ?

R. Parituras, naſciturus, ſoniturus, arguiturus, moriturus, luiturus, noſciturus, oſurus, futurus, et oriturus.

Q. *Quæ verò ſimilia Participiis à nominibus deducuntur* ?

R. Tunicatus, togatus, perſonatus, larvatus, *&c.*

Q. *Quæ Participia veniunt ab Activis & Neutris quæ habent Supina* ? R. Unum

R. Unum Præsentis, alterum Futuri in *rus*; ut, ab amo, amans, amaturus: à curro, currens, cursurus.

Q. *A quibus verò reperiuntur etiam Participia in* Dus?

R. A quibusdam Neutris; ut, dubitandus, vigilandus, carendus, dolendus.

Q. *Et à quibus formatur etiam Participium Præteriti?*

R. Ab iis quæ præteritum faciunt more Passivorum; ut, gaudeo, gavisus; juro, juratus: et ab Impersonalibus in *tur*; ut, aratur, aratus.

Q. *Quæ Participia veniunt à Passivis?*

R. Præteriti et Futuri in *Dus*; ut, ab amor, amatus, amandus.

Q. *Quæ Participia veniunt à Deponentibus?*

R. Præsentis, Præteriti, et Futuri in *rus*; ut, ab auxilior, auxilians, auxiliatus, auxiliaturus.

Q. *Quibus etiam Deponentibus accidit Participium in* Dus?

R. Accusativum regentibus; ut, à loquor, loquens, loquuturus, loquutus, loquendus.

Q. *Quot Participia veniunt à Communibus?*

R. Quatuor; ut, à largior, largiens, largiturus, largitus, largiendus.

Q. *Ab Impersonalibus quænam extant Participia?*

R. Nulla, præter, pœnitens, decens, libens, lubens, pertæsus, pœnitendus, pudens, pudendus, pigendus.

Q. *Quomodo Participia degenerant in Nomina Participialia?*

R. 1. Cum alium casum quàm suum verbum regunt; ut, amans pecuniæ. 2. cum componuntur cum dictionibus cum quibus ipsorum verba componi non possunt; ut, infans, indoctus. 3. cùm comparantur; ut, amans, amantior, amantissimus. 4. cùm tempus non significant; ut, sapiens, sponsa.

Q. Quæ

Q. *Quæ Participia non rarò fiunt Substantiva?*

R. Præsentis.

Q. *Cujus autem generis?*

R. Modo masculini; ut, oriens, modo fœminini; ut, consonans; modo, neutrius; ut, accidens, modo communis; ut, appetens.

Q. *Quomodo Participia Præsentis variantur?*

R, Tribus articulis; ut, hic, hæc, et hoc *Amans.*

Q. *Quomodo autem Participia reliquorum temporum variantur?*

R. Tribus terminationibus; ut, Amatus, Amata, Amatum, Amaturus, ra, rum; Amandus, da, dum.

Cap. XXXIX.

De Adverbio.

Q. *Quid est Adverbium?*

R. Adverbium est pars orationis adjecta aliis vocibus (sed præcipue verbis) ad sensum et significationem earum perficiendum et explanandum.

Q. *Unde varietas significationis Adverbiorum colligenda est?*

R. Ex verborum circumstantiis.

Q. *Secundùm significationem eorum quomodo distinguuntur?*

R. In

R. In Adverbia loci, temporis, numeri, ordinis, interrogandi, vocandi, affirmandi, negandi, jurandi, hortandi, concedendi, prohibendi, adulandi, optandi, congregandi, segregandi, eligendi, excludendi, diversitatis, includendi propinquitatis intendendi, remittendi, restringendi, rei non peractæ, explanandi, dubitandi, eventus, demonstrandi, similitudinis, quantitatis, qualitatis et comparandi.

Q. *Quænam adverbia comparantur?*

R. Quæ ab adjectivis derivantur.

Q. *Quomodo autem differunt à comparatione adjectivorum?*

R. Sola terminatione.

Q. *Quare neutra adjectiva formam adverbiorum induunt?*

R. Ad Græcorum imitationem; ut, recens pro recenter; torvum per torve.

Cap. XL.

De Conjunctione.

Q. *Quid est Conjunctio?*

R. Conjunctio est pars orationis, quæ voces et sententias apte connectit.

Q. *Quomodo distinguuntur conjunctiones quoad potestatem sive significationem?*

R. In

R. In copulativas, ſuſpenſivas, disjunctivas, cauſales, diſcretivas, conditionales, exceptivas, interrogativas, dubitativas, illativas, continuativas, adverſativas, redditivas, electivas, diminutivas, expletivas; & adverbiales.

Q. *Quomodo diſtinguuntur quoad ordinem?*

R. In præpoſitivas, poſtpoſitivas, communes & encliticas.

Cap. XLI.

De Præpoſitione.

Q. *Quid eſt præpoſitio?*

R. Præpoſitio eſt pars orationis, quæ aliis vocibus præponitur.

Q. *Quomodo autem Præponitur?*

R. Vel in Appoſitione; ut, ad ſcholam: vel in compoſitione; ut, advenio

Q. *Quomodo diſtinguuntur Præpoſitiones?*

R. In ſeparabiles, & inſeparabiles.

Q. *Quæ ſunt præpoſitiones ſeparabiles?*

R. Quæ & in et extra compoſitionem uſurpantur.

Q. *Quot ex his regunt Accuſativum?*

R. Triginta unæ, *viz.* ad, apud, adverſùs, adverſum, ante, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, ergo, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pone, poſt, præter, prope, propter, ſecundùm, ſecus, ſupra, trans, verſus, ultra.

Q. *Quot vero regunt ablativum?*

R. Duodecim; *viz.* a, ab, abs, abſque, coram, cum, de, e, ex, præ, pro, ſine.

Q. *Quot*

Q. *Quot ſerviunt utrique caſui?*

R. Quinque; *viz.* clam, in, ſub, ſubter, ſuper.

Q. *Quænam Præpoſitio gaudet ablativo ſingulari & genitivo plurali?*

R. Tenus.

Q. *Quæ ſunt Præpoſitiones inſeparabiles?*

R. Quæ nunquam extra compoſitionem inveniuntur.

Q. *Quænam autem iſtæ ſunt?*

R. Am, di, dis, re, ſe, con, et ve.

Q. *Quomodo Præpoſitionum ſignificatio diſcenda eſt.*

R. Non tam regulis, quam aſſiduo legendi ac ſcribendi uſu.

Q. *Quænam præpoſitiones poſtponi ſuis caſibus ſolent?*

R. Cum, tenus, verſus, et uſque.

Q. *Quando præpoſitiones fiunt adverbia?*

R. Cum ſine caſu ponuntur.

Cap.

Cap. XLII.

De Interjectione.

Q. *Quid est Interjectio?*

R. Interjectio est pars orationis, quæ subito prorumpentem amini affectum demonstrat.

Q. *Quot sunt Interjectiones?*

R. Tot sunt interjectiones quot sunt amini perturbati motus; *viz.* Exultantis, dolentis, timentis, admirantis, indignantis, vitantis, vocantis, laudantis, deridentis, exclamantis, imprecantis, fastidientis, minantis, ridentis, et silentium orationi injungentis.

LIB. III.

De Syntaxi.

Quæſt.

Q. *Vid eſt Syntaxis?*

R. Syntaxis ſive conſtructio eſt tertia pars Gammatices, quæ debitam partium Orationis inter ſe compoſitionem docet.

Q. *Quid eſt debita Compoſitio?*

R. Qua veterum probatiſſimi, tum in ſcribendo, tum in loquendo ſunt uſi.

Q. *Quot ſunt partes Syntaxeos?*

R. Duæ, Concordantia & Regimen.

Cap. I.

De Concordantiâ.

Q. *Quid est Concordantia?*

R. Concordantia est dictionum constructio secundùm earum in accidentibus quibusdam convenientiam.

Q. *Quot sunt Concordantiæ?*

R. Tres; *viz.* Prima inter Nominativum et Verbum; secunda inter Substantivum et Adjectivum; tertia inter Antecedens et Relativum.

Q. *Quæ regulæ solent his adjungi?*

R. De casu Relativi, et de Interrogativo et Redditivo.

Sect. I.

Q. *Quænam est Regula Primæ Concordantiæ?*

R. Verbum Personale cohæret cum Nominativo Numero et Persona.

Q. *Quot habet observationes hæc regula?*

R. Duas.

Q. *Quænam est prima?*

R. Nominativus primæ vel secundæ personæ rarissimè exprimitur.

Q. *Cur autem Nominativus primæ vel secundæ personæ exprimitur?*

R. Discretionis, aut Emphasis gratiâ.

Q.

Q. *Quanam eſt ſecunda Obſervatio?*
R. Verbum Subſtantivum ſæpiſſime ſubauditur.
Q. *Quænam eſt tertia Obſervatio?*
R. Sæpe reticentur et alia verba.

Sect. II.

Q. *Quænam eſt regula ſecundæ Concordantiæ?*
R. Adjectivum cum Subſtantivo genere, numero et caſu conſentit.
Q. *Quam obſervationem habet hæc Regula?*
R. Adjectivum ſubſtantivè poſitum ſupplet locum Subſtantivi.

Sect. III.

Q. *Quænam eſt Regula tertiæ Concordantiæ?*
R. Relativum (*qui*) cum Antecedente concordat genere, numero, et perſonâ.
Q. *Quid eſt Antecedens?*
R. Antecedens eſt dictio quæ Relativum antecedit, et à Relativo refertur.
Q. *Quare Nominativus, Subſtantivum & Antecedens dicuntur Suppoſita?*
R. Quia verba, Adjectivo, et Relativo (quæ etiam à quibuſdam Appoſita vocantur) in Concordantia, quaſi ſupponuntur, atque ea ſuſtentant.

Q. *Quot observationes admittit Regula tertiæ Concordantiæ?*

R. Octo.

Q. *Quænam est prima?*

R. In orationibus quæ ad homines tantùm pertinent, Suppositum sæpe subaudiitur.

Q. *Quænam est secunda?*

R. Aliquando oratio, membrum orationis, verbum Infiniti Modi, Adverbium cum Genitivo, aut dictio per se posita, supplet locum Suppositorum.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Verbum, Adjectivum, aut Relativum quandoque cum Supposito sensu magis quàm voce convenit.

Q. *Quænam est quarta?*

R. Verbum, Adjectivum, aut Relativum inter duo Suppositа diversorum numerorum, aut generum collocatum, cum alterutro convenire potest.

Q. *Quænam est quinta?*

R. Plura Suppositа singularia per Conjunctionem copulata sæpe Verbum vel Adjectivum, vel Relativum plurale exigunt, atque hæc cum supposito digniore quadrabunt.

Q. *Quomodo autem Suppositi dignitas spectatur?*

R. Secundùm Genus aut Personam.

Q. *Quænam ergo est Persona dignior?*

R. Prima persona dignior est quàm secunda aut tertia; & secunda dignior est quàm tertia.

Q. *Quodnam etiam genus est dignius?*

R. Masculinum genus dignius est quàm fœmininum, aut neutrum; & fœmininum dignius est quàm neutrum.

Q. *In quibus autem adhibetur neutrum genus tanquam dignius?*

R. In rebus inanimatis.

Q. *Quænam est sexta Observatio?*

R. Rela-

R. Relativum & Antecedens etiam in caſu conveniunt.

Q. *Quænam eſt ſeptima?*

R. Quum Verbum vel Adjectivum pluribus ſuppoſitis reſpondet, cum viciniore convenit expreſsè, cum reliquis per ſupplementum.

Q. *Quando verò convenit cum remotiore ſuppoſito?*

R. Quando eſt Comparatio vel ſimilitudo.

Q. *Quænam eſt octava obſervatio?*

R. Pronomen Primitivum includi, vel ſubintelligi in poſſeſſivo videtur, ideoque relativum aut adjectivum cum tali primitivo ſæpe concordat.

Sect. IV.

Q. *Quænam eſt regula caſus relativi?*

R. Quoties nullus Nominativus interſeritur inter relativum & verbum, relativum erit verbo Nominativus; at ſi Nominativus Relativo & verbo interponatur, Relativum regetur à verbo, aut ab alia dictione in eadem oratione.

Q. *Quot obſervationes habet hæc regula?*

R. Duas.

Q. *Quænam eſt prima?*

R. Sicut relativum verbo nominativus, ita adjectivo ſubſtantivum fieri poteſt.

Quænam eſt ſecunda?

R. Nomina interrogativa & indefinita regulam relativi ſequuntur, quæ ſemper præcedunt verbum ſicuti Relativum.

Sect. V.

Q. *Quænam est Regula Interrogativi & Redditivi?*

R. Interrogativum et ejus Redditivum ejusdem Casus et Temporis erunt, *i.e.* quo casu vel tempore quæritur, in eodem respondebitur.

Q. *Quam observationem habet hæc Regula?*

R. Fallit hæc Regula, quoties diversa vocum natura diversos casus exigit.

Q. *Quando autem id fit?*

R. Quoties interrogatio fit per cujus, cuja, cujum; aut per dictionem variæ Syntaxeos; aut quoties per possessivum respondere licet.

Cap. II.

De Regimine Nominum.

Q. *Quid est Regimen?*

R. Regimen est Constructio dictionum, secundùm quam præcedens quæque dictio regit certum casum vel modum sequentis.

Q. *Quarum verò dictionum est Regimen?*

R. Nominum Substantivorum & Adjectivorum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Adverbiorum, Conjunctionum, Præpositionum, & Interjectionum.

Q. *Quæ partes Orationis regunt casus?*

R. Omnes

R. Omnes exceptâ conjunctione, quæ tamen certos modos et tempora postulat,

Q. *Quot casus regunt nomina?*

R. Quatuor; *viz.* Genitivum, Dativum, Accusativum et Ablativum.

Sect. VI.

Q. *Quænam est Regula Nominum Substantivorum?*

R. Quum duo Substantiva diversæ significationis concurrunt, posterius in Genitivo ponitur.

Q. *Quot observationes habet hæc Regula?*

R. Septem.

Q. *Quænam est prima?*

R. Si duo vel plura Substantiva sunt ejusdem rei, in eodem casu ponentur.

Q. *Quænam est secunda?*

R. Genitivus Possessoris sæpissime in Adjectivum possessivum mutatur.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Prius Substantivum quandoque per Ellipsin subauditur.

Q. *Quænam est quarta?*

R. Adjectivum in neutro genere absque Substantivo positum Genitivum postulat; sic et alia Græcorum imitatione.

Q. *Quænam est quinta?*

R. Nomina qualitatem denotantia ad laudem vel vituperium rei efferentur in Ablativo vel Genitivo post nomen vel verbum Substantivum.

Q. *Quænam est sexta?*

R. Opus & Usus pro necesse gaudent Ablativo; Opus verò pro necessarius variè construitur.

Q. *Quænam est septima?*

R. Subſtantiva verbalia verborum ſuorum caſus interdum regunt.

Cap. III.

De Adjectivis Genitivum regentibus.

Sect. VII.

Q. *Quænam Adjectiva regunt Genitivum.*

R. I. Adjectiva quæ deſiderium, notitiam, memoriam, curam, timorem, aut ejuſmodi animi affectionem ſignificant.

II. Verbalia in *ax.*

III. Partitiva.

IV. Partitive poſita, &.

V. Ingens præterea adjectivorum turba crebra lectione melius addiſcenda.

Q. *Quænam autem adjectiva partitive ponuntur?*

R. Quæ per de, è ex, aut inter exponuntur, cujuſmodi ſunt interrogativa quædam, et certa Numeralia, & Comparativa & Superlativa.

Q. *Quot autem ſiunt obſervationes de partitive poſitis*

R. Tres.

Q. *Quænam vero ſunt iſtæ?*

R. 1. Quod hæc in alio ſenſu ablativum exigunt cum præpoſitione. 2. In alio vero ſenſu dativum. 3. Quod uſurpantur etiam cum Præpoſitionibus per quas Genitivus exponi ſolet.

Sect. VIII.

Sect. VIII.

Q. *Quænam Adjectiva regunt Dativum?*

R. I. Adjectiva quibus significatur commodum aut incommodum, similitudo aut dissimilitudo, voluptas, submissio, relatio ad aliquid, item.

II. Ex *con* Præpositione composita &

III. Verbalia in bilis accepta passive.

Q. *Quot observationes habet hæc regula?*

R. Tres.

Q. *Quænam est prima?*

R. Quædam ex his quæ similitudinem significant Genitivo gaudent.

Q. *Quænam est secunda?*

R. Communis, alienus, immunis, proprius, conscius, & superstes variis casibus serviunt.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Natus, commodus, incommodus, utilis, inutilis, vehemens, aptus, ineptus, par, æqualis, interdum etiam accusativo cum Præpositione junguntur.

Sect. IX.

Q. *Quænam adjectiva regunt Accusativum?*

R. Adjectiva quantitatem significantia regunt Accusativum significantem longitudinem, latitudinem aut crassitiem; interdum etiam Genitivum aut Ablativum.

Sect. X.

Q. *Quænum Adjectiva regunt Ablativum?*

R. I. Comparativa (Nomina Verba item et Adverbia) quum exponuntur per quam, aut post se habent nomen significans mensuram excessus.

II. Dignus, indignus, præditus, captus, contentus, extorris, et fretus.

III. Nomina diversitatis Ablativum sibi cum præpositione subjiciunt, et nonnunquam Dativum.

IV. Adjectiva (et verba quæ ad copiam egestatemve pertinent, interdum Ablativo, interdum et Genitivo gaudent.

V. Quodvis nomen (aut verbum) admittit ablativum instrumenti, causæ, et circumstantiæ modi actionis aut rei.

VI. Adjectiva (et verba) mercandi regunt ablativum pretii.

VII. Adjectiva (et verba passiva et neutralia) significantia aliquam proprietatem vel possessionem possunt regere accusativum, vel ablativum, significantem partem in qua est proprietas aut passio.

Q. *Quam observationem habet prima hujus regulæ clausula?*

R. Tanto, quanto, multo, nimio, eo, quo, hoc, ætate et natu, utrique gradui apponuntur.

Q. *Quam observationem habet secunda clausula?*

R. Dignus et indignus interdum etiam genitivum vindicant.

Q. *Quam observationem habet quarta clausula?*

R. Ex his quædam junguntur ablativo cum præpositione.

Q. *Quam observationem habet quinta clausula.*

R. Ablativo causæ aut modi aliquando additur præpositio.

Q.

Quam observationem habet sexta clausula?

R. Hæc sine Substantivis posita, verbis subjiciuntur in Genitivo; *viz.* Tanti, quanti, pluris minoris.

Q. Quas observationes habet septima clausula?

R. Quod pars affecta interdum in Genitivo ponitur; et quod istæ Græcæ Phrases sunt, *viz.* cætera lætus, cætera similis, *&c.*

Sect. XI.

Q. *Quænam est regula ablativi absolutè positi?*

R. Ablativus absolutè ponitur expresso participio, vel subaudito; et resolvitur per dum, cum, si, *&c.*

Cap. IV.

De Regimine Pronominum.

Q. *Quando* Mei, tui, sui, nostri, & vestri *ponuntur?*

R. Cum passio significatur.

Q. *Quando* Meus, tuus, suus, noster & vester *ponuntur?*

R. Cum actio vel possessio significatur.

Q. *Quot observationes habet hæc regula?*

R. Tres.

Q. *Quænam est prima?*

R. Possessiva interdum pro primitivis usurpantur.

Q. *Quænam est secunda?*

R. *Nostrûm*, et *vestrûm* sequuntur distributiva, partitiva, comparativa et superlativa.

Q. *Quænam*

Q. *Quænam eſt tertia?*

R. Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter quoſdam Genitivos poſt ſe recipiunt; *viz.* Ipſius, ſolius, unius, duorum, trium, omnium, plurium, paucorum, & Genitivos Participiorum, qui referuntur ad Primitivum in Poſſeſſivo incluſum.

Q. *Quam conſtructionem habent ipſe & idem.*

R. *Ipſe* & *idem* omnibus perſonis adjungi poſſunt. Idem etiam regit aliquando Dativum, ſed frequentius Ablativum cum Præpoſitione.

Q. *Quomodo differunt inter ſe ille & iſte?*

R. Ille eminentiam rei denotat; iſte verò contemptum.

Q. *Quomodo autem differunt hic & ille?*

R. Hic ad poſterius & propius antepoſitum; ille ad prius & remotius uſitatiſſime refertur.

Cap. V.

De Regimine Verborum.

Q. *Quos caſus Regunt Verba?*

R. Nominativum, Genitivum, Dativum, Accuſativum & Ablativum.

Sect.

Sect. XII.

Q. *Quænam Verba Nominativum utrinque expetunt?*

R. Verba Subſtantiva, Paſſiva quædam & Verba geſtûs.

Q. *Quam obſervationem habet hæc Regula?*

R. Omnia fere verba poſt ſe Nominativum habent Adjectivi Nominis, quod cum Suppoſito Verbi, caſu, genere, & numero concordat.

Sect. XIII.

Q. *Quænam Verba Genitivum regunt?*

R. I. Sum quoties ſignificat poſſeſſionem aut ad aliquid pertinere.

II. Verba æſtimandi.

III. Verba accuſandi, damnandi, monendi, & abſolvendi.

IV. Satago, miſereor, miſereſco.

V. Reminiſcor, obliviſcor & memini.

VI. Quædam etiam more Græcorum.

Q. *Quam obſervationem habet prima clauſula?*

R. Quod hi Nominativi meum, tuum, humanum, *&c.* uſurpantur, ubi officium aut munus ſubintelligi videtur per Ellipſin.

Q. *Quot obſervationes habet ſecunda clauſula?*

R. Tres.

Q. *Quænam illæ ſunt.*

R. Æſtimo Ablativum adſciſcit. Valeo cum Genitivo, frequentiùs autem cum Accuſativo et Ablativo junctum reperitur.

reperitur. Dicimus etiam pro nihilo puto, habeo, duco &c.

Q. *Quam observationem habet tertia clausula?*

R. Vertitur hic Genitivus (criminis vel pœnæ) aliquando in Ablativum vel cum Præpositione, vel sine Præpositione.

Q. *Quam observatione habet quarta clausula?*

R. Misereor & misereſco rarius cum Dativo leguntur.

Q. *Quam observationem habet quinta clausula?*

R. Reminiſcor, obliviſcor, & memini accuſativum etiam deſiderant.

Sect. XIV.

Q. *Quænam verba dativum regunt.*

R. Omnia verba acquiſitive poſita.

Q. *Quænam autem verba huic regulæ appendent.*

R. 1. Significantia commodum aut incommodum, 2. Comparandi. 3. Dandi & reddendi. 4. Promittendi, ac ſolvendi. 5. Imperandi aut nunciandi. 6. Fidendi. 7. Obſequendi & repugnandi. 8. Minandi & Iraſcendi. 9. Sunt cum compoſitis præter poſſum. 10. Compoſita cum adverbiis, ſatis, bene, male, & Præpoſitionibus præ, ad, con, ſub, ante, poſt, ob, in, & inter.

Q. *Quam observationem habet ſecunda clauſula?*

R. Verbis comparandi interdum additur accuſativus aut ablativus cum præpoſitione.

Q. *Quam observationem habet nona clauſula?*

R. Quod Sum & ſuppetit pro habeo dativum regunt & quod ſum cum multis aliis geminum adſciſcit dativum.

Q. *Quam observationem habet decima clauſula?*

R. Tres.

Q. *Quænam illæ ſunt?*

R. Pauca

R. Pauca ex his verbis compositis cum adverbiis et Præpositionibus supradictis mutant dativum aliquoties in alium casum; sed præeo, præcedo, præcurro, et quædam alia composita cum *Præ* accusativo potius junguntur, sæpe fit pleonasmus sive redundantia dativorum, *mihi, tibi, sibi,*

Q. *Quando dativus octavus casus dicitur?*

R. Quando figurate ponitur pro accusativo aut ablativo cum præpositione.

Sect. XV.

Q. *Quænam verba accusativum exigunt?*

R. Verba transitiva.

Q. *Quot observationes habet hæc regula?*

R. Tres.

Q. *Quænam est prima?*

R. Verba absoluta accusativum admittunt cognatæ significationis et aliquando ablativum.

Q. *Quænam est secunda?*

R. Quædam etiam figuratè accusativum habent.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Verba rogandi, docendi, vestiendi, duplicem regunt accusativum; unum personæ, alterum rei.

Q. *Quam autem exceptionem admittit hæc observatio?*

R. Sed interdum mutant alterum accusativum in dativum, vel ablativum, cum, vel sine præpositione.

Sect. XVI.

Q. *Quænam verba regunt Ablativum ?*

R. I. Quodvis Verbum, modo iſte ablativus ſit inſtrumenti, cauſæ, vel modi actionis.

II. Verba pretii.

III. Verba proprietatem vel paſſionem ſignificantia.

IV. Verba abundandi & implendi de quibus in regimine nominum ſuperius dictum eſt.

V. Certa quædam deponentia & neutra, *viz.* Fungor fruor, utor, veſcor, nitor, dignor, proſequor, nuto, munero, ſuperſedeo, communico, afficio.

VI. Verba quæ vim comparationis obtinent.

VII. Verba accipiendi, diſtandi et auferendi ablativum cum præpoſitione optant.

VIII. Mereor Ablativo adhæret cum præpoſitione de.

Q. *Quam obſervationem admittit ſeptima clauſula ?*

R. Quod ablativus cum præpoſitione vertitur aliquando in Dativum.

Sect. XVII.

Q. *Quem caſum admittunt verba paſſiva ?*

R. Ablativum cum Præpoſitione, & interdum dativum.

Q. *Quot obſervationes habet hæc regula ?*

R. Duas.

Q. *Quænam eſt prima ?*

R. Cæteri caſus manent in Paſſivis, qui fuerunt Activorum.

Q. *Quænam*

Q. Quænam eſt ſecunda?

R: Vapulo, veneo, liceo, exſulo, fio Paſſivorum conſtructionem habent, *i. e.* ablativum admittunt cum præpoſitione, vel Dativum.

Sect. XVIII.

Q. Qui diverſi caſus eidem verbo apponi poſſunt?

R. Qui ſunt diverſæ rationis:

Q. Quæ verba variam habent conſtructionem in eâdem ſignificatione?

R. Adulo, & adulor, aſpergo, attendo, conſentio, diſſentio, diſſideo, dono, illudo, impertio, induo, inſterno, interdico, medicor, moderor, obtrecto, præſtolor, prohibeo, ſubeo.

Q. Quænam autem verba variam habent conſtructionem in diverſâ ſignificatione?

R. Accedo, æmulor, auſculto, caveo, cedo, conſulo, contingit, cupio, deficio, do, mitto, fœnero, et fœneror, laboro, metuo, timeo, formido, memini, potior, recipio, refero, renuntio, ſolvo, ſtudeo, vaco.

Sect. XIX.

Q. Qvibus ſubjiciuntur verba infinita?

R. Quibuſdam tum verbis, tum adjectivis.

Q. Quot obſervationes habet hæc regula?

R. Tres.

Q. Quænam illæ ſunt?

R. Verba infinita pro Nominativo Accuſativum ante ſe ſtatuunt, atque reſolvuntur per quod & ut. Utrinque eoſdem caſus habent. Ponuntur interdum abſolute per Ellipſin.

Sect. XX.

Q. Quos caſus regunt Gerundia & Supina?

R. Gerundia et ſupina regunt caſus ſuorum verborum.

Q. Quomodo autem ſe habent Gerundia?

R. Ut nomina utriuſque numeri, *viz.* in *di* tanquam Genitivi caſus; in *dum* tanquam accuſativi, & in *do* tanquam ablativo.

Sect. XXI.

Q. A Quibus igitur pendent Gerundia in Di?

R. A quibuſdam tum Subſtantivis tum adjectivis Genitivum regentibus.

Q. Quot vero obſervationes habet hæc regula?

R. Duas.

Q. Quænam illæ ſunt?

R. Hoc Gerundium ſæpiſſime conjungitur Genitivo plurali. Infinitivus aliquando loco hujus Gerundii ponitur.

Sect. XXII.

Q. *A Quibus Præpositionibus pendent Gerundia in* Do.

R. Ab his, *viz.* a, ab, abs, de, e, ex, cum, in, pro.

Q. *Quam autem observationem habet hæc Regula.*

R. Ponuntur & absque præpositione.

Sect. XXIII.

Q. *A Quibus Præpositionibus pendent Gerundia in* Dum *?*

R. Ab his, inter, ante, ad, ob, propter.

Q. *Quam observationem habet hæc regula ?*

R. Cum significatur necessitas, ponuntur citra præpositionem, addito verbo est, cum Dativo expresso vel subintellecto.

Q. *Quid autem hic bene notandum est.*

R. Quod sepæ vertuntur Gerundia in participialia in *dus*, quæ suis Substantivis conveniunt.

Q. *Quid prius Supinum sequitur ?*

R. Prius supinum sequitur verbum aut participium significans motum ad locum.

Q. *Quas observationes habet hæc regula ?*

R. Illa, do venum, do filiam nuptum, latentem habent motum, et Poeticè dicunt, eo visere, vado videre.

Sect. XXV.

Q. *Quid Posterius Supinum sequitur?*
R. Posterius supinum sequitur nomina adjectiva.

Sect. XXVI.

Q. *In Quo casu usurpantur nomina, quæ significant partem temporis,* i. e. *quando?*
R. In ablativo.
Q. *In quo casu usurpantur nomina quæ durationem temporis denotant,* i. e. *quamdiu?*
R. In accusativo.
Q. *Quam autem observationem habet hæc regula?*
R. Quod interdum additur Præpositio.

Sect. XXVII.

Q. *In quo casu effertur Spacium loci?*
R. In accusativo, interdum & in ablativo.

Sect.

Sect. XXVIII.

Q. *Nomina loci, cum apponuntur verbis significantibus actionem aut motum in loco, ad locum, à loco, aut per locum, quos casus admittunt?*

R. Si sint nomina appellativa, vel nomina majorum locorum adduntur ferè cum Præpositione.

Q. *Cum apponuntur verbis significantibus actionem aut motum in loco aut ad locum, quem casum admittunt?*

R. Si sint Propria nomina urbium, aut oppidorum primæ vel secundæ Declinationis et singularis numeri Genitivum, sin tertiæ Declinationis & pluralis duntaxat numeri fuerint, ablativum admittunt.

Q. *Cum nomina loci apponuntur verbis significantibus motum aut actionem ad locum, in quo casu ponuntur?*

R. Si sint Propria ponuntur in Accusativo.

Q. *Cum nomina loci apponuntur verbis significantibus motum aut actionem à loco, aut per locum, in quo casu ponuntur?*

R. Si sint Propria ponuntur in ablativo.

Q. *Quam observationem habet hæc regula?*

R. Humus, militia, bellum, domus & rus Propriorum sequuntur formam.

Sect. XXIX.

Q. *Quænam Impersonalia activæ vocis regunt Genitivum?*

R. Interest, refert, & est pro interest.

R. *Quas observationes habet hæc regula?*

R. Intereſt, refert, & eſt, regunt genitivum, præter ablativos mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, et cuja, *eſt* in hujuſmodi clauſulis ponitur pro licet ad imitationem Græcorum, *viz.* videre eſt, neque eſt te fallere cuique.

Q. *Quænam impersonalia dativum regunt?*

R. Accidit, certum eſt, contingit, conſtat, confert, *&c.* quæ acquiſitivè ponuntur.

Q. *Quænam impersonalia regunt accuſativum ſolum?*

R. Juvat, decet, delectat, oportet.

Q. *Quænam regunt accuſativum cum præpoſitione ad?*

R. Attinet, pertinet, ſpectat.

Q. *Quænam autem regunt accuſativum cum genitivo?*

R. Pœnitet, tædet, miſeret, miſereſcit, pudet, piget.

Q. *Quos caſus obtinent impersonalia paſſivæ vocis?*

R. Similes cum perſonalibus paſſivis.

Q. *Quam obſervationem habet hæc Regula?*

R. Quod & horum caſus interdum non exprimuntur.

Cap. VI.

De Regimine Participiorum.

Sect. XXX.

Q. *Quos caſus regunt Participia?*

R. Participia regunt caſus ſuorum verborum.

Q. *Quot obſervationes habet hæc regula?*

R. Sex.

Q. *Quænam eſt prima?*

R. Participia cum fiunt nomina Genitivum poſtulant.

Q. *Quænam*

Q. *Quænam est secunda?*

R. Participialia quæ in *dus* exeunt Dativum regunt.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Exosus et perosus, activè significantia regunt accusativum; passivè vero dativum.

Q. *Quænam est quarta?*

R. Pertæsus nunc Genitivum, nunc accusativum regit;

Q. *Quænam est quinta?*

R. Natus, prognatus, satus, cretus, creatus, ortus, editus, in ablativum feruntur.

Q. *Quænam est sexta?*

R. Periphrasis etiam verbi aliquando regit casum ipsius.

Cap. VII.

De Regimine Adverbiorum.

Sect. XXXI.

Q. *Quænam adverbia nominativum regunt?*

R. En et ecce Demonstrandi.

Q. *Quam observationem habet hæc Regula?*

R. En & ecce exprobrantis accusativo junguntur.

Q. *Quænam*

Q. *Quænam adverbia Genitivum regunt?*
R. Adverbia loci, temporis, & quantitatis.
Q. *Quot obſervationes habet hæc regula?*
R. Tres.
Q. *Quænam illæ ſunt?*
R. Ergo pro cauſſa Genitivum regit, pridie & poſtridie Genitivum aut Accuſativum regunt; *Minime gentium* peculiaris phraſis eſt.
Q. *Quænam adverbia Dativum regunt?*
R. Quæ derivantur a Nominibus Dativum regentibus.
Q. *Quam obſervationem habet hæc regula?*
R. Sunt & hi Dativi Adverbiales tempori, luci, veſperi.
Q. *Quem Accuſativum regunt Adverbia?*
R. Præpoſitionis unde ſunt profecta.
Q. *Quibus caſibus junguntur plus minus, & amplius?*
R. Nominativo, Genitivo, Accuſativo, & Ablativo.

Q. *Quem modum regunt ubi, poſtquam, & cum?*
R. Indicativum, & Subjunctivum.
Q. *Quem modum regit donec?*
R. Donec pro quouſque regit indicativum, aut Subjunctivum; & pro quamdiu Indicativum.
Q. *Quem modum regit Dum?*
R. Dum de re præſenti & imperfecta regit indicativum, pro quamdiu, dummodo, & donec ſubjunctivum.
Q. *Quem modum regit quoad?*
R. Quoad pro quamdiu regit indicativum, aut ſubjunctivum; pro donec ſubjunctivum.
Q. *Quem modum regunt Simulac, ſimulatque?*
R. Indicativum vel ſubjunctivum,

Q. Quem

Q. *Quem modum regunt quemadmodum, ut, utrunque & ſicut?*

R. Indicativum aut Subjunctivum.

Q. *Quem modum regit ut pro poſtquam?*

R. Indicativum.

Q. *Quem modum regunt quaſi, ceu, tanquam, perinde, ac ſi, haud ſecus, ac ſi?*

R. Subjunctivum; atque hæc copulant ſimiles caſus.

Q. *Quem modum regit ne prohibendi?*

R. Imperativum aut ſubjunctivum.

CAP. VIII.

De Regimine Conjunctionum.

Sect. XIII.

Q. *Quæ conjunctiones ſimiles omnino caſus & aliquot ies ſimiles modos & tempora conglutinant?*

R. Copulativæ & Diſjunctivæ, cum his quatuor, quam, niſi, præterquam, an.

Q. *Quot obſervationes habet hæc regula?*

R. Duas.

Q. *Quænam eſt prima?*

R. Sæpe vero dictionum aliqua privata ratio diverſos caſus, modos, et tempora poſtulat.

Q. *Quænam eſt ſecunda?*

R. Cum & tum, item tum geminatum ſimiles caſus copulant.

Q. *Quem*

Q. *Quem modum regunt etsi, tametsi, etiamsi, & quanquam?*

R. In principio orationis regunt indicativum, sed in medio Subjunctivum.

Q. *Quem modum regunt quamvis, & licèt?*

R. Frequentius Subjunctivum.

Q. *Quem modum regunt ni, nisi, si, siquidem, quod, quia, quam, postquam, posteaquam, ubi pro postquam, nunquam, & priusquam?*

R Indicativum & Subjunctivum; sed si pro quamvis subjunctivum regit.

Q. *Quem modum regunt quando, quandoquidem, & quoniam?*

R. Indicativum.

Q. *Quem modum regit quippe?*

R. Indicativum; sed quippe qui regit indicativum & subjunctivum; & qui, cum quippe subintelligitur, habens vim causalem, regit subjunctivum

Q. *Quem modum regit cum pro quamvis, quandoquidem & quoniam?*

R. Subjunctivum.

Q. *Quem modum regunt ne, an, num?*

R. Interrogandi indicativum, sed dubitandi Subjunctivum.

Q. *Quem modum regit ut causalis, pro ne non, pro quanquam & utpote?*

R. Subjunctivum.

Q. *Quem modum regit ut pro postquam, quemadmodum, sicut, & Interrogativum?*

R. Indicativum.

Cap IX.

Cap. IX.

De Regimine Præpositionum.

Sect. XXXIII.

Q. *Quot Præpositiones regunt Accusativum?*
R. Triginta.
Q. *Quot regunt Ablativum?*
R. Duodecim.
Q. *Quot vero regunt Accusativum & Ablativum?*
R. Quinque.
Q. *Quot observationes habet hæc regula?*
R. Quatuor.
Q. *Quænam illæ sunt?*
R. Præpositio sæpe subauditur, sæpe vero redundat. Præpositio in compositione eundem nonnunquam casum regit, quem et extra compositionem regebat. Limen exire, cursu prævertere ventos, videntur singularia.

Cap.

Cap. X.

De Regimine Interjectionum.

Sect. XXXIV.

Q. *Quem casum regit* ô ?

R. O exclamantis Nominativum, Accusativum, & Vocativum, regit ; vocantis verò Vocativum tantùm.

Quem casum regunt heus & ohe !

R. Vocativum.

Q. *Quem casum regunt pro & prob, ah & vah ?*

R. Accusativum & Vocativum.

Q. *Quem casum regunt heu ?*

R. Nominativum, Dativum & Accusativum.

Q. *Quem casum regunt hem & apage ?*

R. Accusativum.

Q. *Quem casum regunt hei & væ ?*

R. Dativum.

Q. *Quot observationes habet hæc Regula ?*

R. Duas.

Q. *Quænam illæ sunt ?*

R. Interjectiones non rarò absolutè & sine casu ponuntur. Sæpe etiam subintelliguntur.

Cap.

Cap. XI.

De Figuris Dictionis.

Sect. XXXV.

Q. *Quid eſt Figura?*

R. Figura eſt novatâ arte aliquâ dicendi forma; ſive mutatio formæ dictionis aut orationis à communi loquendi conſuetudine, idque bonorum Scriptorum authoritate.

Q. *Quotuplex eſt figura?*

R. Duplex, Dictionis, quæ Etymologiæ; & Conſtructionis, quæ Syntaxi accidit.

Q. *Quid eſt Figura Dictionis, ſive Etymologia?*

R. Figura Dictionis eſt, quæ dictionis formam aliquo modo mutat.

Q. *Quot ſunt ejus præcipuæ Species?*

R. Quatuordecim, *viz.* Prothesis, Aphæreſis, Epentheſis, Syncope, Paragoge, Apocope, Diæreſis, Synæreſis, Metatheſis, Antitheſis, Tmeſis, Enallage, Archaiſmus & Metaplaſmus.

Q. *Quid eſt Prothesis?*

R. Protheſis eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad principium dictionis.

Q. *Quid eſt Aphæreſis?*

R. Aphæreſis eſt ablatio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis.

Q. *Quid eſt Epentheſis?*

R. Epentheſis eſt interpoſitio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis.

Q. *Quid*

Q. *Quid eſt Syncope?*

R. Syncope eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à medio dictionis.

Q. *Quid eſt Paragoge?*

R. Paragoge eſt appoſitio literæ vel ſyllabæ ad finem dictionis.

Q. *Quid eſt Apocope?*

R. Apocope eſt ablatio literæ vel ſyllabæ à fine dictionis.

Q. *Quid eſt Diæreſis?*

R. Diæreſis eſt diviſio unius ſyllabæ in duas.

Q. *Quid eſt Synæreſis?*

R. Synæreſis eſt contractio duarum vocalium (quæ ad diverſas ſyllabas pertinent) in unam ſyllabam.

Q. *Quid eſt Metatheſis?*

R. Metatheſis eſt tranſpoſitio literæ, vel ſyllabæ.

Q. *Quid eſt Antitheſis?*

R. Antitheſis eſt poſitio literæ pro litera.

Q. *Quid eſt Tmeſis?*

R. Tmeſis eſt diſſectio vocis compoſitæ, cujus partibus alia interponitur.

Q. *Quid eſt Enallage?*

R. Enallage, eſt quæ partes Orationis, earumque accidentia, alia pro aliis ponit.

Q. *Quid eſt Archaiſmus?*

R. Archaiſmus eſt vetus et jam obſoletus loquendi mos.

Q. *Quid eſt Metaplaſmus?*

R. Metaplaſmus eſt quævis mutatio vocis.

CAP.

Cap. XII

De Figuris Conſtructionis.

Sect. XXXVI.

Q. *Quid eſt figura Suntaxeos, ſive conſtructionis?*

R. Figura Conſtructionis eſt quæ orationis ſtructuram aliquo modo mutat.

Q. *Quot ſunt ejus Species?*

R. Quindecim, *viz.* Appoſitio, Syllepſis, Prolepſis Zeugma, Syntheſis, Antiptoſis, Synechdoche, Ellipſis, Pleonaſmus, Aſyndeton, Polyſyndeton, Anaſtrophe, Synchyſis, Hypallage & Helleniſmus.

Q. *Quid eſt Appoſitio?*

R. Appoſitio eſt duorum vel plurium Subſtantivorum ejuſdem caſus conjunctio.

Q. *Cujus autem cauſa fit Appoſitio?*

R. Reſtringendæ generalitatis, vel tollendæ æquivocationis cauſa, vel ad proprietatem attribuendam.

Q. *Quid eſt Syllepſis?*

R. Syllepſis eſt comprehenſio indignioris generis vel perſonæ ſub digniore.

Q. *Quid eſt Prolepſis?*

R. Prolepſis eſt pronunciatio quædam rerum ſummaria.

Q. *Quid eſt Zeugma?*

Zeugma

R. Zeugma eſt Verbi vel Adjectivi ad diverſa Suppoſita reductio, ad unum quidem expreſſè, ad alterum verò per ſupplementum.

Q. *Quid eſt Syntheſis?*

R. Syntheſis eſt oratio congrua ſenſu, non voce.

Q. *Quid eſt Antiptôſis?*

R. Antiptôſis eſt poſitio caſûs pro caſu.

Q. *Quid eſt Synechdoche?*

R. Synechdoche eſt cùm id quod partis eſt, attribuitur toti.

Q. *Quid eſt Ellipſis?*

R. Ellipſis eſt defectio vocis in oratione.

Q. *Quid eſt Pleonaſmus?*

R. Pleonaſmus eſt abundantia vocis in oratine ſupra neceſſitatem.

Q. *Quid eſt Aſyndeton.*

R. Aſyndeton eſt conjunctionum in oratione defectus.

Q. *Quid eſt Polyſyndeton?*

R. Polyſyndeton eſt conjunctionum in oratione redundantia.

Q. *Quid eſt Anaſtrophe?*

R. Anaſtrophe eſt cùm Præpoſitio ſuo caſui poſtponitur.

Q. *Quid eſt Synchyſis?*

R. Synchyſis eſt ordo verborum confuſus.

Q. *Quid eſt Hypallage?*

R. Hypallage eſt mutua caſuum permutatio.

Q. *Quid eſt* Helleniſmus?

R. Helleniſmus eſt receſſus à Latinâ conſuetudine in imitationem Græcorum.

LIB. IV.

De Prosodia.

Quæst.

Quid est Prosodia?

R. Prosodia est quarta pars Grammaticæ, quæ rectam vocum pronuntiationem tradit.

Q. *Quid est recta pronuntiatio?*

R. Recta pronuntiatio est, quæ observat in unaquæque voce spiritum, tonum, & tempus Syllabarum.

Q. *De quibus dicendum est in prosodia?*

R. De spiritibus, de tonis sive Accentibus, & de tempore, sive quantitate syllabarum.

Cap. I.

De Spiritibus & Tonis.

Q. *Quid est Spiritus?*

R. Spiritus est ratio proferendi syllabam cum spiritu.

Q. *Quotuplex est spiritus?*

R. Duplex, asper, & lenis.

Q. *Quis est spiritus asper?*

R. Quo aspere profertur syllaba.

Q. *Quis est spiritus lenis?*

R. Quo syllaba leniter profertur.

Q. *Quid est Tonus sive accentus?*

R. Tonus est ratio pronuntiandi syllabam, eandem elevando vel deprimendo.

Q. *Quotuplex autem est Accentus?*

R. Triplex: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

Q. *Quid est Accentus acutus?*

R. Accentus acutus est, qui syllabam acuit sive attollit, & notatur virgulâ obliqua in dextram ascendente.

Q. *Quid est accentus gravis?*

R. Accentus gravis est qui syllabam gravat sive deprimit, & notatur virgula obliquâ in virgam descendente.

Q. *Quid est accentus circumflexus?*

Accentus

R. Accentus circumflexus est qui syllabam longiori morâ effert, pariter attollens cum acuto, & deprimens cum gravi, & signatur notâ ex acuto & gravi conflata.

Q. *Quot sunt Tonorum regulæ?*

R. Tres.

Q. *Quænam est prima?*

R. Monosyllaba dictio brevis, aut positione longa, acuitur; at naturâ longa circumflectitur.

Q. *Quænam est secunda?*

R. In dissyllabâ dictione, si prior longa fuerit naturâ, & posterior brevis, prior circumflectitur; in cæteris verò acuitur.

Q. *Quænam est tertia?*

R. Dictio Polysyllaba, si penultimam longam habet, sequente longâ, penultimam acuit; sequenti vero brevi, circumflectit penultimam; sin brevem habet penultimam, acuit antepenultimam.

Cæteræ omnes syllabæ in Polysyllabis gravantur, etsi non notentur.

Q. *Quot admittunt observationes hæ regulæ?*

R. Tres.

Q. *Quænam illæ sunt?*

R. Composita à facio penultimam acuunt:

Composita à *fis*, *fit* ultimam acuunt:

Grammatici circumflexum cum acuto sæpe confundunt, quod ab eo vix prolatione discernitur.

Q. *Quot autem sunt quæ Tonorum regulas perturbant, sive Tonos mutant?*

R. Quinque.

Q. *Quænam illæ sunt*

R. Differentia, Transpositio, Attractio, Concisio, & Idioma.

Q. *Quare Differentia Tonum mutat?*

R. 1. Quia dictiones quædam ejus causâ circumflectuntur in ultima.

2. Quædam acuuntur?

3. Quædam antepenultimam ſuſpendunt.

Q. *Quare Præpoſitio ſuis caſibus gravantur?*

R. Quia Præpoſitiones poſtpoſitæ ſuis caſibus gravantur.

Q. *Quando Attractio Tonum mutat?*

R. Cum ultima ſyllaba præcedentis dictionis attrahit ſibi accentum encliticæ conjunctionis.

Q. *Quando conciſio Tonum mutat?*

R. Cum dictiones per Syncopen aut Apocopen caſtrantur; tunc enim Tonum retinent integræ dictionis.

Q. *Quare Idioma ſive linguæ proprietas Tonum mutat?*

R. Quia dictiones Græcæ, ſi integræ ad Latinos veniant, ſervant tonum ſuum; ſin prorſus Latinæ fiunt, Latinum quoque Tonum ſervant.

Q. *Quid ſi ignoretur proprius peregrinæ vocis tonus?*

R. Tutiſſimum fuerit juxta Latinum accentum illam pronunciare.

Q. *Quantæ ſunt ſyllabæ communes in proſâ oratione.*

R. Corripiuntur, ubi mura cum liquida ſequitur vocalem brevem; in aliis vero dictionibus producuntur.

Cap.

Cap. II.

De Tempore, sive de quantitate primarum & mediarum Syllabarum.

Q. *Quid est tempus sive Quantitas?*

R. Tempus est syllabæ pronuntiandæ mensura, sive spatium modulandæ vocalis, quo *sc.* moram ejus in pronuntiando metimur:

Q. Quotuplex est syllaba secundùm Tempus?

R. Duplex, brevis & longa.

Q. Quid est syllaba brevis?

R. Quæ unum habet tempus, sive quæ celeriter pronunciatur?

Q. Quid est syllaba longa?

R. Quæ duo tempora habet, sive quæ spacium duarum brevium exigit.

Q. Quotuplex est syllaba secundùm ordinem suum quem habet in dictionibus?

R. Triplex, *viz.* Prima Media & ultima.

Q. Quænam est syllaba prima?

R. Quæ primum locum in dictione quavis occupat?

Q. Quænam est syllaba media?

R. Quæ medium locum in dictione quavis occupat.

Q. Quænam est syllaba ultima?

R. Quæ ultimum locum in dictione quavis occupat.

Q. Quot modis primarum syllabarum quantitas cognoscitur?

R. Octo modis, *viz.* Positione, Vocali ante Vocalem, Diphthongo, Derivatione, Compositione, Præpositione, Regula, Exemplo seu authoritate.

Q. Quanta est vocalis juxta Positionem?

R. 1. Vocalis ante duas consonantes aut duplicem in eadem dictione longa est.

2. Quod si consonans priorem dictionem claudat, sequente à duabus consonantibus inchoante, interdum, sed rarò producitur.

3. Vocalis brevis ante mutam sequent liquidâ, communis redditur, longa verò non mutatur.

Q. Quanta est vocalis ante alteram?

R. Vocalis ante alteram in eâdem dictione brevis est.

Q. Quot autem hinc fiunt exceptiones?

R. Sex.

Q. Quænam illæ sunt?

R. 1. Genitivi in *ius* penultimam habent communem,

2. In quinta declinatione *e* inter geminum *i* longa fit.

3. Fi in fio ubique longa est, nisi sequantur *e* & *r* simul.

4. Ohe primam sylabam ancipitem habet.

5. Vocalis ante alteram in Græcis dictionibus subinde longa fit.

6. In peregrinis quantitas est ambigua.

Q. Quanta est omnis Diphthongus?

R. Omnis Diphthongus longa est.

Q. Quam quantitatem sortiuntur Derivatia?

R. Eandem cum primitivis.

Q. Quæ tamen excipiuntur?

R. Pauca deducta à brevibus quæ producuntur & deducta à longis quæ corripiuntur.

Q. Quam

Q. *Quam quantitatem sequuntur composita?*

R. Simplicium.

Q. *Ex præpositionibus quæ producuntur?*

R. A, de, è, se, præ, & quæ in a definunt.

Q. *Quotuplex est regula?*

R. Duplex, De præteritis & supinis dissyllabis, et de primam præteriti geminantibus.

Q. *Quænam est regula de Præteritis & supinis dissyllabis?*

R. Omne præteritum et supinum dissyllabum priorem habet longam.

Q. *Quæ tamen excipiuntur?*

R. Sex præterita, fidi, bibi, dedi, scidi, tuli, steti, et novem supina, datum, satum, ritum, itum, litum, quitum, situm, ratum, rutum.

Q. *Quænam est Regula de primam præteriti geminantibus?*

R. Primam præteriti geminantia primam itidem brevem habent.

Q. *Quarum syllabarum quantitas ab exemplo & authoritate petenda est?*

R. Quarum quantitas sub prædictas rationes non cadit.

Q. *Quomodo mediæ syllabæ cognosci possunt?*

R. Partim eâdem ratione quâ primæ, partim etiam ex incrementis Genitivi, atque Conjugationis Analogia.

Q. *Quid est incrementum Genitivi?*

R. Quando nomen plures habet syllabas in Genitivo singulari, quam in Nominativo.

Q. *Juxta hoc, quanta est penultima nominum crescentium acute?*

R. Longa est?

Q. *Quanta est penultima nominum crescentium graviter.*

R. Brevis est.

Q. *Quid eſt analogia Conjugationis?*

R. Quando verba ſequuntur communem Regulam Conjugandi.

Q. *Juxtà hanc, quanta eſt a index primæ Conjugationis?*

R. Longa.

Q. *Quanta eſt e index ſecundæ Conjugationis?*

R. Longa.

Q. *Quanta eſt e index tertiæ Conjugationis?*

R. Brevis.

Q. *Quanta eſt i index quartæ Conjugationis?*

R. Longa.

Q. *Quantæ ſunt ſyllabæ rimus & ritis?*

R. In Præterito modi Subjunctivi ſunt breves; in Futuro verò longæ.

Q. *Quantam habent penultimam Adjectiva in inus?*

R. Productam.

Cap.

Cap. III.

De Ultimarum syllabarum quantitate.

Q. *Quomodo ultimæ syllabæ numerantur?*
R. Juxta ordinem literarum finalium.
Q. *Quanta sunt finita in* a?
R. Producuntur.
Q. *Quænam excipiuntur?*
R. 1. Puta, ita, quia, ejus.
2. Item omnes casus in a.
3. Et numeralia in ginta.
Q. *Quanta sunt finita in* b?
R. Brevia.
Q. *Quænam excipiuntur?*
R. Hebræa.
Q. *Quanta sunt finita in* c.
R. Producuntur,
Q. *Quænam excipiuntur?*
R. Lac, nec, donec, fac, & pronomen hic, & neutrum hoc.
Q. *Quanta sunt finita in* d?
R. Brevia.
Q. *Quænam excipiuntur?*
R. Hebræa.
Q. *Quanta sunt finita in* e?
R. Brevia sunt.
Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Voces

R. Voces quintæ inflectionis in *e* cum adverbiis inde enatis.

2. Fame.

3. Secundæ personæ singulares Imperativorum Activorum secundæ Conjugationis.

4. Monosyllabæ in *r*.

5. Adverbia in *e* ab Adjectivis deducta.

6. Quæ à Græcis per *n* scribuntur.

Q. *Quanta sunt finita?*

R. Longa.

Q. *Quænam excipiuntur*

R. Mihi tibi, sibi, ubi, ibi, uti & cui, quæ sunt communia.

2. Nisi & quasi quæ corripiuntur, ut & Dativi & vocativi Græcorum, quorum Genitivus in *os* breve exit.

Q. *Quanta sunt finita in* l?

R. Corripiuntur.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Sal, sol, & Hebræa quæ scribuntur per vocalem longam.

Q. *Quanta sunt finita in* n?

R. Producuntur,

Q. *Quænam excipiuntur.*

R. Forsan forsitan, an tamen, attamen, veruntamen.

2. Voces per apocopen castratæ.

3. In cum compositis.

4. Nomina in *ex*, quorum Genitivus *inis* correptum habet.

5. Græca in *on* per *O* parvum, &.

6. Græca in *in*, *yn*, & *an* quorum Nominativus est brevis.

Q. *Quanta sunt finita in* o?

R. Communia.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. 1. Obliqui in *o*.

2. Adverbia

2. Adverbia ab adjectivis deducta;

3. Monosyllaba in *o*.

4. Ambo, duo, ego, homo, cito, & modo cum compositis.

5. Græca per ω.

Q. *Quanta sunt in* r *finita?*

R. Brevia.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. 1. Far, nar, lar, ver, fur, cur, & par.

2. Græca in ηρ

Q. *Quotas terminationes habet* s.

R Pares cum numero vocalium.

Q. *In as finita quanta sunt?*

R. Producuntur.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Græca quorum Genitivus singularis in *dos* exit.

2. Accusativi plurales nominum crescentium.

Q. *In* es *finita quanta sunt?*

R. Longa.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Nomina in *es* tertæ Declinationis graviter crescentia. 2. *Es* quoque a sum una cum compositis, & penes præpositio. 3. Item neutra singularia & Nominativi plurales in *es* desinentia.

Q. *Quanta sunt in* is *finita?*

R. Brevia.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. Obliqui plurales in *is*. 2. Producentia penultimam Genitivi crescentis, 3. Quæ sunt in *is* ab *eis* diphthongo. 4. Monosyllaba omnia. 5. Velis cum compositis. 6. Secundæ personæ singulares Indicativi præsentis quartæ Conjugationis. 7 & secundæ personæ futuri Subjunctivi quæ sunt communes.

Q. *Quanta sunt in* os *finita?*

R. Producuntur.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. 1. Compos

R. 1. Compos; impos, os, ossis, & Græca per o parvum.

Q. *Quanta sunt us finita?*

R. Corripiuntur.

Q. *Quænam excipiuntur?*

R. 1. Nominativi acutè crescentium. 2. Genitivi singulares, Nominativi, Accusativi & Vocativi plurales quartæ Declinationis. 3. Monosyllabæ in us. 4. quæ Græcis scribuntur per us, & nomen sanctum Iesus.

Q. *Quanta sunt finita in* u?

R. Producuntur.

Q. *Quanta sunt finita in y & ys?*

R. Corripiuntur.

Q. *Quanta habetur ultima syllaba cujusque versus.*

R. Communis.

FINIS.

Johannis Kelham
His Book Anno Domini